


June
470

~~A-1-1~~

No. 395

Copy Page 21

Row 1163



1
Incipit repertoriū siue tabula per alphabetum
ad faciliter recipiendas materias in presenti
libro dicto Speculum uite humane.

A

Aduocatus qualis debet esse & laudatur plurimū eius
exercitium libro. primo. c. xvii.

Aduocatorum fraudes incōmoda damna et pericula
libro primo. c. xviii.

Aduersa & mala cuiuslibet artis in hac uita humana
libro primo. per totum

Aduersa et mala fere omnia que passi sunt homines
incipiendo ab origine mundi et nominātur p̄sone et
de causa eorūdem malorum libro primo. c. xl.

Aduersa mala & afflictiones que homines in omni
statu pacunt̄ intrīsecus & satisfic querelis hominum
& quare nullus sua sorte contentat̄ libro. pri. c. xli.

Agriculture laudes necessitas & utilitas & de eius com/
mendatione libro primo. c. xxi.

Agriculture incōmoda afflictōes & labores li. p. c. xxii.

Ambitio libro primo. c. xli.

Artes emēs & diuersi modi uiuēdi seculariter & dulcia
ac prospera necnon amara & aduersa illarum breui
narrantur libro primo. c. xxxix.

Artes liberales quare sic dicant̄ & de earū laudibus &
utilitate necnon de earum abusu laboribus & paruo
fructu libro primo. c. xxxiiii.

Artes mechanicæ infra in uerbo mechanica

Archidiaconi dignitas & illius p̄conia ac afflictiones
& pericula libro secundo. c. xiiii.

Archipresbiteri honor & prerogatiua & istius status
afflictiones labores & pericula libro secundo. c. xviii.

Arithmetica laudatur & de illius laboribus & afflictio/
nibus libro primo. c. xxxix.



- A** Armata militia cōmendatur ex multis li. pri. c. ix.
Milites quales debent esse & de eorum uicis dānis & periculis libro primo. c. x.
Astronomia cōmendat & de huius artis incertitudine fallatus periculis & de damnis que ex ea proueniūt libro primo. c. xxxviii.

B

- B**ona & utilia omnium artium & officioꝝ huius uite per totum librum
Bonis quare mala proueniūt & malis bona & pulcra de hoc libro primo. c. ultimo ibi absoluamus

C

- C**anonikus qualis debet esse & cōmendat iste modus uiuēdi nec nō de illius status laboribus afflictionibus & periculis libro secundo. c. xix.
Cantoris dignitas & honor cōmendatur & de illius erumnis & periculis libro secundo. c. xv.
Cardinalatus dignitas cōmendat plurimū li. se. c. viii.
Cardinalium afflictiones labores & pericula li. se. c. ix.
Clericorū status i prosperis & aduersis infra in uerbo sacerdos.
Conugalis uite sanctitas & laudes libro primo. c. xi.
Conugalis uite anxietates afflictiones & incōmoda li. primo. c. xii.
Consiliarū & consulū ciuitatum laudes & cōmoda libro primo. c. v.
Consiliariorū & cōsulū urbium afflictiones damna & pericula libro primo. c. vi.
Curatus & rector ecclesie cōmēdat et de illius erūnis laboribus & periculis libro secundo. c. xxx.
Curialium uita & eorum prosperitate & felicitate ac utilitate libro primo. c. iiii.
Curialium uicia miserie labores & picula li. pri. c. iiii.

D

Decanatus in ecclesia laudes et preconiata ac eiusdem
status erumne & pericula libro secundo. c. xiii.

Dialectica qd sit & quare inuenta e et de illius utilitate
& laudibus ac incommoditate libro primo. c. xxxvi.

E

Eloquente uis & de eius pconis & quomodo aliquando
nocet & fallit libro primo. c. xxiii. & xxvii.

Eloquentia sine sapientia nocet & qualis debet esse
orator et multa de hoc libro primo. c. xxxvii.

Episcopalis dignitas comendatur ex multis li. u. c. x.

Epi & alioru ordinum ecclesie coparatio & distinctio
libro secundo. c. xi.

Eporu infelicitates erumne & pericula libro. se. c. xii.

F

Fabrilis ars & partes que ei subalternantur plurimum
laudantur libro primo. c. xxvi.

Fabrilium artiu incommoda fraudes labores & picula
libro primo. c. xxvi.

G

Gradus & distinctio in statu ecclesiastico libro secun-
do. c. xii. & xxi.

Grammatica quid sit & quare inuenta est & de eius
laudibus demum de illius abusu libro pmo. c. xxxvi.

H

Honor uerus an acquiratur apud reges et principes
& in eoru curis libro primo. c. iiii. & secundo.

I

Imperator infra in uerbo Rex

Iudex qualis debet esse & de laudibus & comendatio-
nibus iudicum & presidentium libro primo. c. xiii.

Iudicum & presidentiu fraudes uitia labores & picula
libro primo. c. xiii.

L

- L**anifitium ars mechanica laudatur libro pri. c. xxvi.
Lanfitiu incómoditas fraudes labores & picula libro primo. c. xxv.
Liberales artes commendantur & quot sunt & quare inuente libro primo. c. xxxiiii.
Lingia clericorum damnantur li. se. c. xii. circa mediú
Legis diuine & humane diuersa studia & de laudibus legis dei in prefatione primi libri.
Ludi q̄ sint liciti aut illiciti uide infra í uerbo theatra.

M

- M**athematice artes commendantur & quot sunt & de earum incómodis afflictionibus laboribus & periculis libro primo. c. xxxv.
Matrimonium supra in uerbo coniugalif.
Mechanicarú artium laudes & utilia & de earú ortu & quare sic appellentur & que artes cui libet subalternentur libro primo. c. xxiii. et sequenti.
Medicine ars cōmendatur & de medicorum fraudibus laboribus & periculis libro primo. c. xxxii.
Mercatoria ars cōmendat & de illius fraudibus dolis & periculis libro primo. c. xxxiii.
Musica et cantus laudantur & de illius uanitate damnis & periculis libro primo. c. xxxvii.

N

- N**auigatoria ars commendatur et de illius laboribus & periculis libro primo. c. xxvii.
Naturalis sc̄lnatio & cōplexio attendit libro secúdo c. xxviii.
Nobilitas generis quid sit & de eius ortu & quomodo acquiritur libro primo. c. v.
Nobilitas generis an acquiritur ex sola regis uolúate & cōcessione libro primo. c. v.

Nobilitas multiplex & an nobilitas generis preferatur
scientie strenuitati et uirtuti libro primo. c. vi.

Nobilitatis carnis uirtutes laudes & utilitates libro
primo. c. vii.

Nobilitatis carnis uitia labores & pericula li. pri. c. viii.

Notariorum officium commendat libro primo. c. xix.

Notariorum fraudes damna & pericula li. pri. c. xx.

O

Officia omnia & artes diuerse uitae humane in rebus
libro primo per totum

Officia omnia & gradus ecclesie & de cuiuslibet dulcibus
& amaribus libro secundo. per totum

Officiales regum & principum quales esse debent & de
corum dulcibus & amaribus libro primo. c. iiii. cum sequenti

P

Pape sublimitas & summa felicitas libro secundo. c. i.

Pape corporales infelicitates labores & pericula libro
secundo. c. ii.

Pape afflictiones mentis & spirituales & inseparabiles angustie
libro secundo. c. iiii.

Papa an pre ceteris parum uiuat in papatu & quomodo
intelligitur papam parum uiuere & qualis debet esse
papa, libro secundo. c. iiii. cum se.

Pastoralis ars commendat & de eius incommodis, laboribus
& periculis, libro primo. c. xxx.

Perfectio status in quo consistit li. se. c. xxii.

Procuratores & officiales principum quot uitia sequuntur
libro primo. c. iiii.

R

Rex qualis esse debet et quanta sit regis felicitas et
sublimitas libro primo. c. i.

Regum & principum calamitates infelicitates & pericula
libro primo. c. ii.

Religiosorum status qualis sit & an preferatur ep̄is & clericis libro secundo .c. xxi. & secundo.

Religiosorum uita an sit preeligenda ut sanctior q̄ clericorum libro secundo .c. xxii.

Religiosa uita an sit p̄eligenda ut humanior & tollerabilior libro secundo .c. xxiii.

Religioſe uite excellentia super statum clericorum libro secundo .c. xxv.

Religioſorū cōparatio inter se & quomodo alia alius est perfectior libro secundo .c. xxix.

Religioſi ſotiales & ſolitarii quomodo differant et que sit religio perfectior libro secundo .c. xxx.

Rethorica uide supra in uerbo eloquentia.

S

Sacerdos & clericus magnam habent excellentiam et dignitatem libro secundo .c. x. et .xx.

Sacerdotum et clericorum multa uicia & pericula et de malis clericis libro secundo .c. xi. & .xx.

Scolastici ecclesie ē dignitas magni honoris et utilitatis libro secundo .c. xvii.

Scolastici labores afflictiones & picula li. se. c. xvii.

Spū alius uita est duplex uidelicet clericorum & religiosorum & de utraq; libro secundo per totum

Simonia multipliciter ecclesias inuadit libro secundo .c. ix.

T

Temporales omnes artes & modi & officia uiuendi li. primo. per totum.

Tabellio uide supra in uerbo notarios.

Theatrica ars i quo sit utilis & q̄ ludi cōmendentur li. primo .c. xxxi.

Theatrice artis & omnium ludorum illusiones labores et pericula libro primo .c. xxxi.

4
Thesaurarū ecclesie dignitas cōmendatur et de illius
erumnis laboribus et periculis libro secundo .c. xvi.

V

Vanitas nobilitatis carnis libro primo .c. viii.

Vanitas & afflictio omnium que fiunt ab hominibus
libro primo .c. xl. & se.

Venatoria ars cōmendat & de illius damnis & piculis
& de artibus sub ea libro primo .c. xxviii.

Vite hūane artes & officia tā spūaliter q̄ tēporaliter
libro primo & secundo per totum

Vita cōtemplatiua an prefertur a ciuē & de utraq;
libro secundo .c. xxiiii.

Explicit breuis tabula siue repertorium per
alphabetum in presenti libro speculum uite
humane.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

Several lines of faint, illegible text, possibly a list or a series of entries, with some faint markings or symbols.

A block of faint, illegible text, possibly a paragraph or a section header.



*Ad Sanctissimum A. B. I. Iam de D. P. ...
...
...
...
...
...
...
...
...
...*

LAntissimo ac clemētissimo in christo
patri domino: domino Paulo secūdo
sacrosancte romane & uniuersalis ec/
clesie sūmo pastori & pōtifici maxio.
Eiusdē. S. obsequentiſſiſſus seruuſ: et
familiaris Rodoricus Epūs zamorēn
hispanus: ac caſtri ſui ſācti Angeli de urbe fideliffiſſus
caſtellanus & referendarius: ſeipſum cum utriuſq; hoīſ
humillima inclinatione. Cogitanti mihi hanc muni/
tiſſimā romāe tue urbiſ: imo totiuſ orbis ampliffimā
ſancti Angeli arcem tue. S. iuſſu: tua auctoriſtate et
dignatione cuſtodienti: ubi aliquid otii ſupeſt: quid
dignum tue. S. in hiſ tui feliciffimi pontificatuſ beatiſ
nituſ offerre ualerē. Video nil omīno mihi ceteriſq;
mortalibuſ ſupereſſe: qđ aut ad laudē: aut ad cōmo/
nitioſem pertinere poſſit. Tecum. n. habes ea omnia
uirtutū ornamentoſ quibuſ omniſ lauſ recte compāe.
Tecuſ deniq; tāta inſidet ſapiētia qn potiſſ a natura
innata ingenuiſ: tantaq; prudentia: reruſq; omniū
experiētia: ut nulliſ egeaſ exterioribuſ adiuſmentis.
Verū ego glorie & noiſ tue. S. auidiffimūſ: exiſtiſ aut
paululū aliquid utiā dignū tue. S. offerre. In quo
dum ingēſ occupationuſ ſarcina pauliſper tuam. S.
reſpirare permiſerit: habeas i hoc opuſculo tue. S. di/
cato: aliquaſ puitatiſ intellectuſ mei ineptiaſ: ut in eiſ

recreatōnis gratia: non tam delecteris: q̄ tui acutissimi
ingenui calamo atq; censura emēdes & corrigas. Dignū
nanq; existimaui: ut cuius corpusculi mei membra tuis
obtines obsequiis perpetuo deuincta: eius etiā si que sūt
animi uires possideas. Et dū exterioris hominis partes
sefe ad tua deuouēt obsequia: debilis quoq; & rudis in/
terior intellectus: ad tue. S. gloriam nō dormitet: quo
fiet: ut eidē tue. B. seruiat uterq; meus imo tuus homo.
Venit igit̄ sepe in mentē. B. pater & pōtifex maxime:
q̄uaria: q̄q; diuersa sunt cunctoꝝ hominū studia: uarie
artes: uaria offitia: uaria deniq; uiuēdi genera: ad eo ut
anxius dubiusq; sit: plerūq; hominibus uite sue modus:
dubia in hoc seculo uiuēdi fors: nec satis eligere possint:
quod tandem uite studiū quā uiuēdi formulā securius
assequant̄. Cū enim humanus animus non modo bonū
simpliciter: sed teste Aristotele: summū bonū naturali
conamie appetere uideatur: nihil certe deesse uidetur:
nisi recte eligendi ratio. In ea igitur nō nunq̄m error
cōtingit illa potissimū ratōne: q̄a cū iuxta philosophi
sententiā: electio nō nisi de precognitis existat: pro eo
q̄ nemo que ignorat eligit: ut ille in recte eligēdo de/
ficiat necesse est: qui diuersoꝝ statuū uiuēdiq; generū
dultia & amara: cōmoda & icōmoda nō satis agnoscit.
Vt igitur noscamus quales a nobis artes: qualia studia:
qualiaue conuersandi aut uiuēdi genera: dum in hoc
fallaci seculo uagamur: & quo ordīe diligēda sectādaq;
sint: decreui p̄ modolo ingenui: quid in ea re sentio tue
.. S. dedicare: tuoq; nomini consecrare: nec ab re q̄dem:
cū enim ad te unū omnis uite modus: omīs mortalium
status: & humana conuersatio: atq; conditio referatur:
tuq; cū ctoꝝ mortaliū sis norma: moderatio & speculū:
tu dēiq; cū ctoꝝ uiuēdi generū non solū distributor: sed
emendator existas. Recte tibi uni huiusmōi opusculū

dirigendum atq; dicandú fuit: eritq; eius libri titulus
speculú uite humane. Ná ueluti in materiali speculo
unusquisq; non modo sua: sed et aliorú intuetur aut
pulcra: aut deformia: & quid commendandú: quidue
emédandú sit. Sic í hoc opusculo tanq̃ in limpidissimo
speculo liquido conspiciet dulcia & amara: recta aut
deformia cuiusuis status: & artis totius humane uite.
quo fiet ut apertissime agnoscat: qd in seipso: ac uitá
& sorte sua: & demú ceterorú mortalium: laudádum:
sequendum: siue reprehendendum et corrigendú sit:
Quemadmodum igitur teste Gelasio Papa: duo sunt
uite genera quibus orbis principaliter regit: & omniú
mortalíu conuersatio pendet. Aliud uidelicet eorum
qui temporaliter: aliud illorú qui spiritualiter uiunt:
ita duos sub breui compendio tractatus attingam. In
primo quidem de cunctis temporalibus statibus siue
secularibus artibus: & uiuendi formulis breui agemus.
incipientes a summo tempali culmíe: uidelicet Cesarú:
Regum & principum: usq; ad bubulcos: & infime uite
homines. Et in ea parte diuersos hoím uiuendi modos
in temporali statu degentiú: uariaq; artium: & occupa-
tionú secularíu genera: quibus hoies sese ut plurimú
conferre aut implicari solent: breui perstringam. Et
quid in eis anime profectus: aut téporalis honoris: uel
commodi aut incommodi: laboris uel periculi lateat:
succinctius atq; exquisitius q̃ potero explicabo. Tádē
de cunctis fere malis: supplicis: pēis: mortibus: ac dānis
corp'alibus: nec non de ceteris intrínsecis & insibilibus
erumnis ac mētis afflictionibus: que ab origine múdi
homines tam boni & innocentes: q̃ mali & peccatores
magis excellētes: & nominati in omni statu existētes
perpeffi sunt: & in dies mortales omnes patiútur & de
causis eorum ad utrāq; partem breuissime subiciā. In

secundo libro de spirituali uite statu: et uiuendi genere sermo erit. q̄ cū binarius sit: quoz̄ alter ecclesiasticus: alter regularis siue mōasticus existat: de utriusq; p̄ncipis: natura et origine: auctoritate: institutione et differētia: necnō necessitate & utilitate: excellētia et p̄rogatiuis: sed & de eoz̄ aculeis: laboribus & piculis: agendum erit. Incipiendo a sūmo pontifice qui oīum statuū uertex est: atq; totius uite humane exēplare speculum existit. Deīde ceteros omnes ecclesie status & ordines: particularius discutiam. Ut tandem discat humanus aīmus: & si ubiq; sit labor & dolor: ubiq; ad uirtutes & uicia uia sit: cui potius uacare & se accommodare debeat: ut tādē dulcorē simul & amaritudinē cuiusq; status considerans: illā uiuēdi formulā eligat: que & fragilitati natureq; sue potius cōueniat mīusq; periculi: sed pluris habeat ad bene beateq; uiuendum: in quibus quiddam a me differendum erit tue. S. que fidei magistra est: correctioni & emendatiōi remitto quā altissimus diutine & feliciter p̄teget & cōseruet.

Prefatio utilis in qua auctoris huius libri uita: eiusq; studia recolūt. & tādē admō et ad studia legis diuīe potius q̄ humāe. et de effectu legum humanaz̄: & de ordine procedendi in hoc libro.

Verū. B. pater ut aptior dultiorq; sit: circa p̄missa dicendi ordo: expertā a me in ea re luctā: atq; ī meipso exercitatā dissēsionē interserā: teneboq; typū dialogo similem: dum honestū quendā atq; modestū altercatōnis modum inter p̄iam matrem ac nō nullos contribules: & amore mihi cōiunctos dudū habitam: circa uitam eligendam meam breui p̄strinxero. Quo fiet. ut dum rem gestam fideliter enarro: pollicitū p/

soluam ordinem. Actingo iam breuem: sed iocundam
 palestram. Patre itaq; uita functo infantulú me pia
 mater ad literarum studia destinauit: ubi post p̄ma illa
 literarum rudimenta dyaletice & philosophie laudatis
 studiis: non quidem ut debuit: sed ut ualui parú p̄ opam
 dedi. Rursus post aliqua temporis interstitia: in eis cō/
 s̄mata uarie diuersaq; inter piã matrem & cōtribules
 ac consanguineos opiniones fuisse. Mater siquidem ut
 erat totius sanctiõie & hōestatis sectatrix: ac eximie
 deuotiõis & uirtutis cupida optabat q̄maxie: ad spiri/
 tuales me sciẽtiã conferre deberem. Illi econtra. Quis
 enim inquit patris nomẽ aut tenebit aut suscitabit?
 Nam cum pater inter illius castri conciuēs precipuus
 & populi quoddam caput fuerit: elaborandum est ut
 filius patrẽ imitetur. Deinde: quis generis atq; familie
 honorem tenebit? Quis rursus matri uidue: fratru so/
 rorunq; pupillorum necessitatibus compatietur? Quis
 dẽiq; totius fãilie & domus onera supportabit? Quare
 suadebant illi: ut ad seculares me sciẽtiã conferre: que
 suis sectatoribus honores cõpant: sũmas ap̄lasq; afferũt
 diuitias. Clamabat tamen pia mater cum Hieronimo
 ad Demetriadem uirginẽ dicens. instruendã in teneris
 annis debere esse aĩmam diuinis eloquiis: ut coruscante
 uerbo dei: diaboli astutie repellantur: ut adolescẽs re/
 sistere sciat: quem hostem pro residuo uite habiturus ẽ.
 Addebat rursus mesto aĩo í diuĩa lege paucos admodũ
 sed í p̄fanis studiis hũanisq; legibus plurios laborasse.
 Secularibus dẽiq; artibus: quas recte seculi lucratiuas
 uocant gymnasia plena esse: quare dolebat aprime: q̄
 omnes fere legem dei aspernerentur: in qua cum Rege
 et p̄phã iubẽur. meditari die ac nocte. Quippe ueluti
 ceci atq; ignaui: ita passim dereliquerẽt fontem aque
 uiue: & foderẽt í cisternis dissipatis secularibus uidelicet

disciplinis: que nec dulces: nec uiuas aquas continere
possūt. Rursus illi: ut iuridicas sapias sectari deberē:
sūm opere sua debant canonicam uidelicet & ciuilem:
quoniā hitus ille iuridicus eius generis erat. Qui uotis
pie matris fatiebat satis: utpote que si ad sensū legis/
latoris leges ipse feruntur: normā bene recteq; uiuēdi
tribuūt. Docentq; quo uirtutis & ratōis tramite: quō
discipline uigore: ecclesia atq; mūdus ipse regatē. Sed
& prebent documenta atq; ueras explicationes illius
iuris naturalis non scripti: quod cum Apostolo isitum
est in cordibus nostris: & tanquā lumen uultus diuini
signatum est super nos: alterum uidelicet non ledere
& iussuū unicuiq; tribuere. Cui siquidē iuri naturali
non distinctum: quūmo idem uidetur esse ius diuinū
cunctos mortales commonens: ut quecunq; uolumus
ut fatiant nobis homines: ea eisdem & nos fatiamus.
Tandē uicta ē mater pia: at si uici pietas nō potuit:
ppinquorū suasionibus timida satis acq̄euit. Decretū
est ergo: ut eis ipsis studiis uacarem. Cōmonebat tamē
maternus amor: ut iter humāi iuris regulas diuini neq;
q̄essē immēor. Et licet ut dicebat pulchrū admodū sit:
de iustitia hūana agere: necessariū tamē sibi uidebatē:
diuinam non obliuisci. Addebat deniq; q̄ cum contra
ius iniuria fiat: tūc me rectum ueꝛq; iuristā crederet:
si nullam deo iuriā inferrem. Quippe tuuc optimus
legista euaderem atq; preclarus: si sua immortalī deo
iura: si asq; leges imaculato calle seruassem. Tandem
pro quodam ut ita dicebat iocali semper memorabili
illud propheeticū mihi sūm opere reliquebat: meditā dū
die ac nocte quia beati immaculati in uia: & qui am/
bulant in lege domini. Subiiciebat tamen postremo:
ut ab illis penitus studiis animū abstraherem: que nō
ueritate: sed fabulosis fimentis homines et presertim

iuuenes oblectantur. ut recte cū eodem ppheta dicere
 possem: narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non
 ut lex tua. Accepta igitē materna benedictōe: aptatisq;
 ad studia necessarius rebus: salamantine me cōtuli uni/
 uersitati. ubi p decē annos eisdē iuridicis legis latitiōibus
 uacauī. Memor tamen sapientis precepti: ne dimictas
 legem matris tue. Nō nunq̄ iter sedula iuris exercitia:
 ueluti cuiusdam solati gratia: sacrarū literarum lectōi
 me raptim conferebam. Sed et philosophie presertim
 moralis dulcedinem tanto ardentius pregustabā: q̄nto
 ultra ea oblectamenta: que doctrina ipsa ad morū in/
 formationē adducat: plenius tamē atq; uberius cūctoꝝ
 iuriū legumq; hūanarū uerū intellectū elicere uidentē.
 Adde quia ut semper mihi uisum est: idq; et Cicero in
 libro de legibus ait. Postergatis moralis phie doctriinis
 atq; principis: neminem contingit in iure ip̄o eruditū
 preclarūq; euadere. Tandem uero expletis studiorum
 cursibus: assuetis doctoratus insignis extiti: utinā digne
 togatus. Sed ilico grandis admodum in matrem piam:
 & consanguineos ac actinentes cōcertatio suborta est:
 sed longe maior inter utrūq; meum hominē cōflictus
 ualuit. Instabat enim tempus: petebat etas: ip̄a quoq;
 ratio: & affiniū expectatō posebat: ait tandē aliquem
 future uite modum eligerem. Et quia teste Gelasio ut
 premisimus: duo sunt uiuendi genera: quibus hic totus
 orbis regitur & sustētatur. Alterū eorū qui se spūaliter
 in sortem dei dedicant. Alterum eorū qui se secularibus
 prebent negotiis: alii ecclesiastici: alii uero laici. Ea de
 re illi ut secularem uite formulā captarē: quia ea p̄ge/
 nitores ipsi honestissime seruarunt. Mater uero ueluti
 que nedum corpusculū meū itra eius uiscera duxerat:
 educauerat: atq; ad eū usq; statū perduxerat: et ob eā
 rem plus diligebat: suadebat non statim a me eligēdam

fore uite formulam: sed hortabat ut p̄ uis matrē ipsā ex
atie una: ceteros uero consanguineos & aīcos ex altera
audirē: altercātes sup̄ cūctas uite hūane artes & uiuēdi
modos: incipiētes a statu t̄p̄rali qui p̄mo mortalibus
occurrit: ut illius falsis prosperitatibus & ueris cala/
mitatibus plene conspectis: tādē ad spūalē statum
qui optimi finis ratio nē habere uideat: me ut optabāt
transferrem. Ac qui euerūt affīes discussiōi. ac qui eui &
ego. Illi ergo ut animo tenero dultiorē status & uite
temporalis facilius imprimerent: decreuerunt a sūmo
terrēi status culmīe: impiāli uidelicet & regali incho/
are: ut ex illius sublimitate et felicitate: que multos
in dies facit felices: ad aliquē tēporalē uiuēdi modū
allicerent. Tandem uero ceteros alios terrenos uiuēdi
modos tangere & discutere menti erat: usq; ad īfimos
bubulcos: nec non ad rusticanos homines. His igitur
pro quadam prefatione introductis: accedendum est
ad rem ipsā. In duos igitur libellos ut premisimus hic
liber diuiditur: in quibus discutiunt et examinantur
materie īfrascripte: ut ī tabula sequēti aptius declarat.

De materis pertractandis in primo libro. Et
de tabula capitulorum eius.

Primus liber agit de cūctis statibus & exerci/
tus siue uiuēdi modis temporalibus: incipiētes
a Cēsariēa ptāte & regali dignitate: que culmen habet
omnium temporalium statuum usq; ad bubulcos: ac
infīas artes exercētes. In quo discutiunt & examīant
cōmoda & incōmoda: dultia & amara: fauores & labo/
res: solatia & miserie: facilitates & difficultates: p̄sp̄a
& aduersa: quietudines & pericula uniuscuiusq; status:
& uite huius tēporalis seu forme uiuēdi ī hoc seculo.

- C**apitulum primū de primo ac sublimiori statu t̄p̄rali: uidelicet imperiali & regali: ac aliorum principū. & de huius status culmine & excellētia: ac de illius felicitate & p̄speritate: necnō de eius cōmoditatibus: p̄rogatiuis: laudibus & preconis.
- C**apitulū secūdū de ifelicitate status imperialis & regalis et plurimis curis: oneribus: miseris: calamitatibus: atq; incommodis istius status. & que Reges & principes comitantur. & tandem de innumeris piculis p̄ncipantiū.
- C**apitulum tertū de alio uiuendi modo in hoc seculo: uidelicet de exercitio & uita curialiu: & eoz q̄ p̄ncipū fauores & officia sequūtur. & de laudibus & cōmēdatōe huius status.
- C**apitulū quartū de laboribus: oneribus: & icōmodis ac periculis status & uite curialium. et fauores: curias: seu officia principum sequentiū. In quo capit. & in tribus rubricellis sequētibus: sp̄cialiter agitur de septem uicis que officiales Regū & curiales comitantur. Agit̄ etiam de calamitatibus procuratorum: Regum: & alia officia exercētū. & an ī curis Regum acquirat̄ uerus honor.
- C**apitulū quintū de nobilitate generis scientie & moꝝ. & quid sit. & quomodo ortū habuit. & an a Regū sola uoluntate & concessione acquiratur.
- C**apitulū sextū de multiplici nobilitate. & an sola generis nobilitas ī deferēdis honoribus p̄ferat̄ strēnuitati: aut scientie: uel uirtuti hom̄is ignobilis genere.
- C**apitulū septimū de laudibus: preconis: & cōmēdatōe nobilitatis generis. & de illius uirtutibus & utilitate.
- C**apitulum octauū de uanitate nobilitatis humane. & de eius uicis. & nobilitū excessibus. & de falsa nominatōe nobilitatis. & de illius incommodis: laboribus & piculis.
- C**ap. nonū de armata militia & exercitio armorū & de laudibus & cōmendatione huius exercitii. & an uacātes

armis sint ueri ciues & partes ciuitatis.

Capit. decimū de laboribus & oneribus atq; incōmodis uite militaris ac exercitu armorū. & de periculis huius status. & de causis quibus hoc exercitiū dissuadet.

Capitulū undecimū de uita et statu cōiugali i sacro & immaculato matrimonio. & de utilitate. laudibus et prerogatiuis uite cōiugalis sup alia uiuēdi genera.

Capitulum. xii. de oneribus & incōmodis & laboribus plurimis uite cōiugalis. & de causis propter quas non expedit uxorem ducere.

Capitulum. xiii. de magistratu iudicū & de officio & munere iudicandi populos: & presideudi ciuitatibus. & de laudibus huiusmodi officiorum & cōmēdatione talis exercitiū.

Capitulū. xiiii. de oneribus & laboribus & incōmodis prefecture: & iudicature: & presidentie in populis. et de periculis huiusmodi exercitiū.

Capitulū decimūquintū de exercitio & officio cōsulū: & rectorū urbium & puītiarū. & de periculis huius status.

Cap. decimū sextū de laboribus oneribus & incōmodis consulum: & rectorum urbium & prouinciarum & de periculis huius status.

Cap. decimū septim de alio exercitio & uiuēdi genere in hoc seculo: uidelicet de aduocandi & patrocinandū officio in iudicio. & de laudibus huius scientifici & artificiosi exercitiū. & de utilitatibus ex illo puētiētibus. & quomodo supplet nature defectus.

Capitulū decimū octauū de incommodis: oneribus & laboribus exercitiū aduocacionis in causis & iudiciis. et de periculis huius status & modi uiuēdi. & de damnis que ex illo ueniūt reipū. & quomodo litigia nutriūt ex aduocatorum copia. & quomō hūana iustitia pōt impleri in iure naturali.

Capit. xix. de alia uiuendi arte: uidelicet de notariis: tabellionibus & scribis. & de huius artis laudibus: utilitate & commendatione ac necessitate.

Cap. xx. de miseris: calamitatibus: ac laboribus & periculis notariorum: tabellionum. & de illorum fraudibus & dolis.

Capitulū. xxi. de exercitio agriculture. & de laudibus & commendatione huius naturalis & innocentissimi exercitii. & de utilitatibus generi humano ex illa puenientibus. & quomodo deo acceptum est.

Capitulū. xxii. de incommodis: oneribus: difficultatibus & laboribus agriculture. & de aculeis & miseriis huius status. Et narrantur plura de hoc uiuendi genere circa eius sollicitudines & anxietates. & quomodo repugnat preclaris ingenis agricultura ipsa. & quales debent esse agricultores.

Capitulū. xxiii. de diuersis aliis modis & artibus uiuendi in hoc seculo: & presertim de artibus mechanicis in genere: & utilitate earum. Et quot sunt artes mechanice. & quales earum exercitia prosunt. & que artes sub eis comprehenduntur. & quomodo in dictis artibus clari multi euaserunt. Et quod mediocritas uite mechanice non est despicienda.

Capitulū. xxiiii. cum rubricella sequenti: de dissuasiōe in genere uite mechanice. & quomodo licet sint artes necessarie: tamen non est necessarium illarum habere exercitium. & quare mechanice artes in uente sunt. & quis sit illarum finis. & quare sic appellantur. et an sint utiles ingenis hominum. Et an artifices sint ueri ciues & partes ciuitatis.

Cap. uicesimum quintum ubi particulariter agitur de prima arte mechanica: uidelicet de lanificio et ceteris artibus que ei subalternantur. & de illius utilitate & incommoditate dulcibus & amaris.

Cap. uicesimum sextum de secunda arte mechanica: uidelicet fabrilis armatura aut architectonica. & de partibus eius. & de utilitate & prerogatiuis illarum. ac de incommodis

miseris & oneribus earum.

Capitulum uicesimum septimum de tertia arte mechanica: uidelicet de nauigatoria: et artibus ei subalternatis. & de utilitate & laudibus earum. demum de laboribus miseris & periculis que eas comitantur.

Capitulum uicesimo octauum de quarta arte mechanica: uidelicet de uenatoria et artibus ei subalternatis. et de laudibus et utilitate earum. & de laboribus miseris et periculis que eas comitantur.

Capitulum. xxix. de quinta arte mechanica: uidelicet de agricultura & partibus eius. & de earum utilitate: dulcore & amaritudine: ut supra diximus in decimo septimo et decimo octauo capitulis.

Capitulum. xxx. de pastoralis arte. et de eius utilitate ac incommodis miseris & laboribus.

Capitulum. xxxi. de sexta arte mechanica: uidelicet theatrica & ludis. & de partibus eis subalternatis. et de diuersitate omnium ludorum. et de illorum utilitate damnis & interesse.

Capitulum. xxxii. de septima arte mechanica: uidelicet medicina. & de eius necessitate & utilitate & laudibus. demum de illius abusu: laboribus & periculis.

Capitulum. xxxiii. de arte mercandi & uendendi que ipsa mechanica est: & sub nauigatoria continetur. & de eius necessitate & utilitate. demum de illius infelicitate: fraudibus: dolis atque periculis.

Capitulum. xxxiiii. de artibus liberalibus in genere. & de illarum laudibus & utilitate. & quare uocantur liberales. & de illarum incommoditate & abusu.

Capitulum tricesimum quintum de duabus liberalibus artibus: uidelicet grammatica & dyalectica. & de ortu earum & causis quare inuenta sunt. & de illarum laudibus. ac demum de earum abusu & incommoditate.

Capitulū tricesimū sextū de rhetorica et eloquētia que tertia est liberalis ars. & de illius ortu: utilitate & laudibus. Rursus de eius abusu. & qualis debet esse orator. & quid ualet eloquentia sine sapientia. & quod aliquādo est mortifera.

Capitulū tricesimū septimū de mathematicis scientiis in genere. & de earum ortu & fine.

Cap. tricesimū octauū particulariter de prima scientia mathematica: uidelicet de astronomia & de eius laudibus & utilitate. demū de illius incōmoditate ac incertitudine laboribus & damnis.

Cap. xxxix. de secūda mathēatica: uidelicet de musica & de eius laudibus & utilitate. ac de illius incōmoditate: miseriis & laboribus.

Capitu. xxxx. de tertia & q̄rta mathematicis: uidelicet arismetica & geōetria. & de earū laudibus & utilitate. & de illarū incōmoditate ac inutilitate & laboribus.

Capitulum. xxxxi. in quo sub breui epologo recolligit auctor cūctas alias artes & genera uiuēdi in hoc seculo: in quo ostēdit miseriis: labores & picula omnīū statuū: & ostendit eas omnes plures habere aculeos & miseriis q̄ gaudium: quietē & securitatē: discurrens per oēs modos uiuēdi in hoc seculo.

Capitulū. xxxxii. in quo inquiritur causa: q̄re a p̄ma mūdi origine boni & mali in quouis statu existentes: diuersas miseriis: penas: cruciatūs: plurimaq; mala & incōmoda corporaliter passi sunt. & breuiter enarrantur calamitates in specie: omnium fere magis excellentium p̄sonarum utriusq; testamenti.

Capitulū. xxxxiii. in quo ostenditur boni et mali in quouis statu uiuentes: non solū penas exilii: cruciatūs: & mortē & cetera corporalia incōmoda assidue pati: sed et alias diuersas intrinsecas mētis afflictiones: ut nūq; uita

aut forte sua contenti sint: et breuiter tangit particu-
lariter omēs fere huiusmōi mētīs querelas & molestias
ad utranq; partem.

De materijs pertractandis in secundo libro.
& de tabula capitulorum eius.

Secundus liber de statu uite spūalis: qui ī duos
subdiuidit̃ status seu uiuēdi modos: uidelicet in
statū ecclesiastici ordiſ. hoc ē Papā: cardinales: archi-
episcopos: clericos & ecclesie ministros. Item in statum
mōasticū siue religiosoz: ī quo sūt capitula sequētia:

Capitulū primū de sublimitate & excellentia digni-
tatis summi pontificatus. & de incomprehensibili eius
auctoritate & ptāte. & de illius necessitate & utilitate
& de altissimis eius misteris.

Cap. secundū de spiritualibus icōmodis amaritudinibus:
miseris: aculeis: necnon mentis afflictionibus: piculis
et laboribus summi pontificatus: ubi plurime sū moꝝ
pontificum calamitates & spūs pturbatōes narrant.

Capitulū tertū de plurimis temporalibus incommodis.
amaritudinibus & miseris ac calamitatibus romanoz
pontificum. & de illoꝝ p̃mptis & ei cōiūctis laboribus
& piculis: anxietatibus & īsepabilibus erumnis.

Capitulū quartum de alia īfelicitate et calamitate
romanorū pontificū: uidelicet q̃ paz uiuāt in ponti-
ficatu. & de causis & rationibus huius breuitatis uite:
potius in eisdem sūmis pōtificibus: q̃ ī alijs monarchis
& principibus.

Capitulū quintū an sit uerum uniformiter: q̃ romāi
pontifices parum uiuant in papatu. Agitur etiam de
uerissimis causis breuitatis uite sūmoꝝ pontificū. & an
in uiuēdi p̃odo ro. pōti. differāt a ceteris mortalibus.

Capitulum sextum in quo assignantur cause & rationes: quare illorum opinio non sit tenenda: qui dixerit summis pontificibus bonis et reprobis: uniformiter insitum et proprium esse: ut in pontificatu parum uiuant.

Capitulum septimum in quo respondetur motiuis illorum qui dixerunt Papam parum uiuere in papatu. & quo sensu sit intelligenda predicta opinio. & quomodo cum ueritate possit saluari.

Capitulum octauum de excellentia & prerogatiua status & dignitatis cardinalatus. & de perfectione huius status. & de laudibus & preconis eius.

Capitulum ix. de plurimis anxietatibus & aculeis: laboribus & periculis status & dignitatis cardinalatus. & de oneribus que incumbunt huic dignitati.

Capitulum x. de sublimitate: excellentia status: & dignitate patriarcharum. archiepiscoporum: episcoporum: prelatorum & presbiterorum: ministroꝝ ecclesie. & de perfectione status eorum in genere & in comuni.

Capitulum xi. de differentia & comparatione ecclesiasticorum. uidelicet episcoporum & aliorum inferiorum prelatorum: et clericorum inter se ad inuicem. & quis gradus altero sit dignior & perfectior.

Capitulum xii. de plurimis difficultatibus & aculeis: laboribus & periculis status episcoporum & clericorum. & de malis ministris ecclesie. & de multis abusibus: uicis & inordinationibus illorum in comuni.

Capitulum xiii. de dignitate & prerogatiua officii decanatus in ecclesia. & de illius honore & ueneratione. & de eis que ei competunt. demum de plurimis oneribus & afflictionibus: ac defectibus & periculis decanorum.

Capitulum xiiii. de dignitate & prerogatiua officii archidiaconorum. & de honore & ueneratione ei debitis. & de his que ad eum spectant. demum de plurimis oneribus et

afflictionibus: defectibus & periculis illorum.

Cap. decimūquintū de dignitate & prerogatiua officii
cātoris & p̄miceri. & de honore & ueneratione ei debitis.
et de his que ad eum p̄tinent. demū de plurimis oneribus
& calamitatibus: defectibus & periculis eorū dē
cantorum.

Ca. decimūsex. de dignitate & honore officii thesaurarii
uel custodis ecclesie. & de his que ad eū p̄tinent. demū
de plurimis oneribus & calamitatibus: afflictionibus
defectibus & periculis illorū q̄ talia officia habent.

Ca. decimūseptimū de dignitate & prerogatiua officii
scolastici in ecclesia. & de his que ad hoc officiū spec/
tant. demum de plurimis oneribus: afflictionibus &
calamitatibus: ac defectibus & periculis scolasticorū.

Capitulum decimū octauū de preeminētia & utilitate
officii archiepiscopi. & quante sit uenerationis. & de
his que ei competunt. demum de plurimis oneribus &
afflictionibus: defectibus et promptis periculis ar/
chiepiscoporum.

Capitu. xix. de prerogatiua & magna utilitate officii
& gradus canonicorū. & quāta sit honoris & reputatōis.
& quid ei congruat. demum de innumeris huius status
oneribus & afflictionibus: defectibus & periculis.

Capitulū. xx. de preeminētia necessitate & utilitate
officii sacerdotum: curatoꝝ: rectoꝝ: curam animarum
habentium. demū de plurimis huius status laboribus
& calamitatibus: defectibus & periculis.

Capitulū. xxi. de secundo statu spūali: uidelicet reli/
giosoꝝ. & de motiuis & auctoritatibus: que adducūe
ad probandum statum ecclesiastici ordinis p̄ferendū
esse statui religionis: & per consequens ecclesiasticum
ordinem esse preeligendum.

Capitulū. xxii. de prima comparatione horū duorū

. *tabula.*

statuū: uidelicet qualiter hi duo status clericorū & monachorum se habēt alter ad alterum compatul. & quis eorum sit eligibilior quātū ad eminentiā et p̄fectionē status: & etiam uite & sanctitatis.

Capit. xxiii. de alia comparatione horū duorū statuum clericorum & religiosorum iter se adinuicem: uidelicet quis sit eligibilior tanquam simpliciter humāior & tolerabilior.

Capitulum. xxiiii. assignantur respōsiones ad obiecta contra religiosos pro tuenda opinioe illoꝝ: qui sentiūt religiosos esse in perfectiori statu q̄ decani: archidiaconi & alii inferiores clerici post episcopū: ubi discutit̄r que sit perfectior uita actiua uel contemplatiua. & de eoꝝ adinuicem comparatione

Capitu. uicesimū quintū de excellentia & laudibus uite monastice ac religiose: ac de pluribus causis propter q̄s eligenda sit: q̄ alius uiuendi modus.

Ca. uicesimū sextū de difficultatibus uite religiose. & de laboribus & aculeis religiosorum in genere.

Capitulum uicesimū septimū particularius et latius de promptitudine periculorum huiusmōi status in specie & de malis religiosis & abusibus illorum.

Capit. uicesimū octauū de inclinatione & dispositione naturali & diuersitate complexionū hominū quātum ad religionem. & de consilio in talibus.

Capitulum. xxix. de comparatione religiosorum inter se adinuicem: et primo de comparatione solitariorum ad socialē uitā agentes. & que uita sit perfectior altera.

Capitulum. xxx. de comparatione religiosorum uitam solialem agentium inter se. & que religio socialis alteri sociali sit perfectior. & utrum religio eo q̄ artior sit p̄fectior.

Incipit capitulū primū primi libri: uidelicet de
primo & sublimiori statu temporali: qui ē status
& gradus imperialis & regalis: ac aliorū p̄ncipū
seculariū. & de sup̄mo huius status & dignitatis
culmine & excellentia: ac de illius gloria & feli-
citare: necnon de eius prerogatiuis: cōmoditati-
bus: laudibus & preconis super alias temporales
dignitates.

SVper cūctas humanas tēporalesq; dignitates
& sublimitatis eminentias: imperialis & regalis
status culmen & excellentiā obtinēt. Huius itaq; fas/
tigi splendor: eius laus tāta est: ut satis exprimi non
possit. Sed ut paucis agāus: sicut nomē eius ita & laus
eius. Imperatoris quidem nomen ab imperando dictū
est. Regis deniq; a regēdo: aut grece basis a sustinēdo.
Quid enim gloriosius? Quid felitius: q̄m uuum itueri
mortalem hominem ceteris hominibus imperantem:
cunctos regentem: & ad libitū ferentem? Isti sunt qui
teste Iob portant orbem. Huius certe eminentissimi
status honor: laus: gloria & excellentia ex eo etiam
maxime patet: quoniam teste scriptura: illis tanq̄ sub/
limioribus potestatibus: omnia aīma subdita ē. Quare
& iuxta xp̄i p̄ceptū Cesaribus atq; Regibus a cūctis
fidelibus honor exhibendus est: subsidia prestanda: &
quibus uectigal uectigal: & quibus tributum tributum.
Illis deniq; tanq̄m precellentibus & a deo missis teste
Apostolo parendum est. quia non sine causa supere/
minentem terrentemq; gladiū portāt ad cohercionem
maloz: laudem uero bonorum. Illorū quidem sūt q̄s
incolimus urbes: illorū castra atq; possessiōes & cūcta
terrena dicēte Augustino: quo iure defendis uillas: nisi
Imperatorum Regūq; iussu? Quis igitur nō felicem:

non cunctis prelatum hunc excellētem statū dixerit?
 Qui omnibus subuēit: omnibus pdest: et omniū saluti
 & commoditati puidet. In qua re Reges ipsos deo assi/
 milari: approxiariq; plurimū cernimus. Quia solus ipse
 uite necisq; hominū dominus est. salutem mortalibus
 cōfert: uel dādo si egerint: uel parcendo si deliquerit:
 uel indulgēdo si supplicauerit. Qui non sibi sed reipub.
 nati sunt. dū discordias pacificāt: oppressos a potētibus
 eripiunt: prouincias pace gaudere fatiunt: uolentias
 cohibent: iustitiam seruant: malos dissipant: & quidqd
 agendum est: siue ad bene beateq; uiuendū: siue ad res
 ipsas politicas feliciter gubernādū: finemq; debitū di/
 rigendū: legibus: preceptis. ac iustis latō nibus disponūt
 Rex enim similitudo siue imago quedam diuinitatis
 est in terris: dum idipsū agit in limitato circūscriptoq;
 regno: quod deus in uniuerso. Hinc Reges ī exodo di
 uocantur. In his est pūctiarū quas regunt sūma ptās.
 Tāto de Imperatore cuius auctoritas nullis est circū/
 scripta limitibus: q princeps est maximus atq; optimus:
 q celeste habet arbitriū & iura: pceptaq; ab eo tradita
 diuinitus emanari creduntur. cui ē pro lege uoluntas:
 pro libito sanctio: pro arbitrio ratio. Est deniq; Rex
 pater patrie: amā qnos regit: ptegens quos gubernat.
 Rursus huius sublimissimi status excellentia: ex illius
 necessitate ac utilitate facile agnoscitur. Nam ueluti
 cūctis hoībus naturale est in societate uiuere: sic aliquē
 eē oportet per quem multitudo regatur. Nam iuxta
 philosophū: multis existētibus hominibus: et unusq;sq;
 id quod sibi congruum est: prouidente multitudo ipsa
 facile in diuersa dispergitur: si modo aliquis non sit
 qui curam multitudinis obtineat. Nec illud sapiēs Sa/
 lomon ignorabat īquies: ubi nō est gubernator dissi/
 pabitur populus. Deniq; illa homibus a natura innata

societas rumpetur: si non foret aliquis presidens: cuius
ope prauorum audacia arceretur. Quia teste Augustio:
A diuina dispositione regna sunt condita: reges insti/
tuti: ut malorum peruersitas castigetur: & bonorum uita
& innocentia conseruetur. Et alibi. Regale fastigiū
locus est superior: sine quo populus regi non potest.
Imperatoria ergo uox & regalis auctoritas in quos
fugat: Insolentes castigat: obtrectatores despicit: bonos
premiat atque fouet: & cunctis influit uite & honoris
alimēta. Est. n. Rex in regno ueluti in naturali corpe
caput. Constat quidem caput ipsum membris uigorem
influere. Quia teste nostro Seneca: quid ualet corporis
robur? Quid ualiditas lacertorum? Quid uelocitas pedum:
nisi capitis ueluti principis sui imperialis quedam am/
miniculetur potestas: a quo uel destituuntur uniuersa:
aut omnia fulciuntur? Sine capite inquit iacet truncus
ignobilis: sine honore: sine nomine: sed nec in humanis
tantum eius summa consistit felicitas. Nam preter eam
exteriorem quam prediximus super cunctos mortales
excellentiā: si bene Rex optimeque regit immortalis
deo tanto propinquior: tantoque acceptior est: quanto
liberior. Sed & castigatior fuit: in eo peccandi licentia:
quod potuit transgredi & non est transgressus: in quo peccare
noluit uoluntas: etiam si immineret peccandi impietas.
Gratis certe gloria: grande premiū. Nam quotquot
superat potestate terrēa: superat & felicitate eterna.
Scriptum est enim: quia domus Dauid erat sic domus
dei. ueluti. n. fideliter regēdo dei officium gessit in po/
pulo: sic ad premium propinquus ei herebat in celum.
Quippe apud antiquos boni rectique principes: in deos
transformari putabantur. Et ut grati negotio breuē
finē imponamus: Quanta sit huius sublimis status felici/
tas: non minus ex his que tetigimus quam ex eo cognoscemus:

quoniã si nulla ut aiunt: maior est felicitas: q̃ multos
 facere posse felices. Id certe felicitatis gēus: nulli magis
 Regibus cōuenit. Quãobrē ut ego arbitror illa sapiēs
 regina Saba: nō modo Salomonē Regem felicissimū
 dixit: sed & eos q̃ ei seruebant ac ministrabant. seruosq;
 seruatorū suorū per beatos asseruit. Que res agit. ut omīs
 humanus animus si suūpsius immemor: si cōtemptor: si
 deniq; sui paruipensior fieri non uelie: ad eandē ipsam
 sublimitatis dignitatē decurrat. Atq; si natura suffert:
 si prudentia sufficit: si fortuna irridet: si potētia iuuat:
 ad illū oīum felicissimū statū totis respiret conatibus.
 Quodq; si minus tā excelsē cedri culmē ascēdere neq;
 ramusculis saltem illius insideat. quoniã aut uberrimū
 felicitatis fructū: aut saltem protectionis illius umbra
 suauissima non frustrabitur. Ceterū augeret excellētā
 regalis & imperialis principatus: agere de eius origine &
 differentia. & quis illoꝝ sit antiquior & iustior princi/
 patus. de q̃bus latius diximus ī libro quē nup̃ edidimus
 de monarchia et origine et differentia principatus. et
 iteꝝ ī libro defensorii status ecclesiastici q̃rto tractatu.

Capitulū secundū de infelicitate status imperialis
& regalis: & plurimis curis: oneribus & miseris:
calamitatibus atq; incōmodis illius. & que reges
& principes comitantē: & tandem de innumeris
periculis principantiū.

Vera semper illa sapiētis sentētia fuit. q̃a maiore
 studio miseriarum causas: & dolorū alimenta q̃
 uitam cōquirimus. Atq; auidius ea inuestigamus et p̃/
 elegimus: quibus more pile huc atq; illuc iactamur: q̃
 ea que plēissimā securitatē & ueram felicitatē eribuūt.
 quod certe nulli animātiū preter homini accidit. Illa

*Et ad hunc
 vultu p̃bit
 etc.*

enim non iudicio rationis: sed nature instinctu utilia
eligunt. Nos uero ingenio & animi acumine uigētes:
blāda quadā atq; fallaci aura ridēte falso iudicamus.
putātes id esse beatum: id perpetuū: quod facile ruit.
Nec mouemur quia assiduo cōspicimus quosdā: quos
sicut leuis fortūe risus actollit: sic leuis ilico fletus de/
icit ut recte de eis dicere possius cū pphā. detecistis eos
dū eleuabūntur. Nec nos uincit qđ cernamus neminē
tam securum tamq; māne quietum: ut non ante cre/
pusculum a merore: a casu: a lapsu suprec. Cuius certe
rei culpa in nobis ē. qui facile ab his que cupimus: tra/
himur & superamur. Qui enim animos ad hos uanōs
seculi faustus accōmodat: ut p fructu folia: p grano
paleas: pro uera felicitate umbram capiat necesse ē.
Audita certe atq; cū tota mētis actētione auscultata
est: summa Regū ac Cesarū felicitas: illoꝝq; dignitas:
maiestas: celsitudo: atq; utilitas: ad celos usq; pducta.
Sed nisi fallor fallitur. qui illa falsa non iudicat: qui
aperto oculo uera esse nō conspicit. Dicam ergo nō
pari eloquentia: sed ut puto ueriores sententia regalis
huius status calāitates: miseras atq; pericula. In p̄mis
itaq; fateor clarissimū Cesaris siue Regis nomē fore:
sed durissimū offitū. clara nomina res obscure: sed et
difficillimum omnium misterium magis certe seruare
difficile: q̄ nomine delectabile. Quid enim utilitatis
affert nudū dignitatis nomē: ubi res ipsa deest? Quid
enī Cesar? Quid Rex aliud suscipit nisi fulgidas cō/
pedes. claram miseriam? Que si hominibus nota esset:
non hostes tantopere de uno solio litigarent. Quāto
mirādū est. qđ nō plura sint regnā q̄ Reges. Suscipit
certe Rex collapsa erigere. spersa colligere. recuperare
perdita. deformia reformare. Sed & si illa quod rarū
est exprobauerit: reliquā laudē illius successor metet.

Putasne Reges his tēporibus ad id prouehi: qđ nomē
 ratioq; Regis expo stulet: ut si reipubl. auctor: ecclesie
 cultor: refugiū pauperum: tutor pupillorum: defensor
 uiduarum: oculi cecorū: lingua mutoꝝ: baculus senum:
 ultor scelerum: metus malorum: gloria bonoꝝ: malleus
 tyrannorum: pater Regum: moderator legum: & erari
 publici dispensator? Falleris certe. Mutatus ē. n. illorū
 color optimus: atq; pro illis operibus: alia sibi inequalia
 uendicant que ilico audies. Alienāt quippe Reges aut
 dissipant imperii & regni bona: cuius sūt admīstratores
 non domini. Ecclesiam quam tuendā susceperūt: eiusq;
 ministros persequūtur. a quibus tributa: pēas & banna
 exigunt. Cū tamen eorū orationibus longe plus regnū
 augeant q̄ illoꝝ armis. Populum demū affligūt talis:
 & exactiōibus corpora iniuriant. quos ppheta signat
 inquit: quare a ceteris populū meū: & facies pauperū
 cōmolitis? Hi ut a libi scribit quod grassū est comedūt:
 quod fractū est non alligant: quod infirmum est non
 consolidāt: qđ abiectū est nō reducūt: quod perit nō
 querūt. Eos itaq; alius ppheta non Reges: sed ifideles
 p̄ncipes & sottos furū appellat. Tuteo q̄ aliēa domina
 occupant: uicinos hēre nullos uellent: limites cōfūdūt:
 iustitiā non fatiunt: que dei sunt negligunt. Quid igit
 felicitatis est solo nomīe Rex censerī: & que regi digna
 sunt respuere? Aut quid honoris est tutores reipublice
 appellari: & illius euersores effici? Cogor illud Adriani
 hispana familia nati uerbū optimo principe dignū: ad
 memoriam reuocare: quod illū sepius in senatu dixisse
 fertur. Dicebat enim ita se rempublicā gesturū: ut sciret
 populi rem esse: non ppriam. Rursus Reges non tam
 ad gloriā & honoris fastigiū: q̄ ad curam: sollicitudinē:
 ac indicabiles miseria: & pericula assumuntur: adeo. ut
 uix aliquis regnare optaret si recte actēderet: q̄ grauis

Regis sarcina sit: grauior finis. Assumunt quidem principes non ad quietem: non ad securitatem: quinimo ad seruitutem & quādam carceris speciem. Que enī maior est captiuitas: quā iugiter circūcingi populi multitudine: & quasi circumligari? Nam ut noster inquit Seneca: possū ī qualibet parte urbis solus sine timore īcedere: quāuis nullus sequatur comes: nullus ad latus gladius: Rex uero armatus: & armatis munitus in publicum prodeat necesse est. Quē multitudo gladio & obsidet: & quocunq; descendat: magnus illum apparatus sequē. assidue enim omnium quos regit: timore constringitur. Vnde Seneca. regnantibus multo perius periculum est: quā his qui iudicantur. Ii enim singulos timent: illi uniuersos. Itaq; illud Labentii equitis romani uerū est: quia necesse est ut multos timeat: quem multi timēt. Cuius illa ut putamus ratio erit: quā quem quis metuit perire cupit. Et iuxta Ennium: quem metuūt oderūt: & quem quis oderit: perisse expetit.

Huius certe regalis fastigii onera: curasq; grauissimas atq; prompta pericula: nō nulli sensati principes optime cognouere: illaq; expti sunt. Nā Augustus & Diocletianus alter de dimittēdo imperio cogitabat: alter iam dimisit: nec reuocatus assēsū dedit. Deinde Marcus Aurelius & pertinax: quorū alter ad imperiū euocatus: tristior effectus: multa de miseris imperii amicis deseruit: alter sēper imperiū exhorruit. Adde quod regnū non semper iuste principes acquirūt: sed plerūq; ferro. quare ferro etiā seruat: ac ferro plerūq; amittit. O quot legimus: quot audiimus: quot uidimus in eculeo fortune motos. quot magno impetu rotatos: alios ex altiore fastigio prolapsos. quot Cefares. quot Reges: aut hostium aut suorum manibus: a summo solio pulsos: uitā simul & regna amisisse. quot Reges

74. 17
a regno in captiuitatem a sceptro in carceres transire :
alios exules: plurimos in atie cesos: & domi capite trū/
catos: & alios quod durissimū est: laqueo a se suspēfos.
Et ut paucis agamus. ubicunq; reges sunt pericula eos
comitātur: & semper in medio existunt hostium. non
solum cum in bello: sed cum í urbe se recipiunt. Rursū
inter ceteros homines aicitia q̄maxime necessaria: atq;
utilis & delectabilis est: sed hanc reges minime habent.
Nam cum inter parentes & liberos ac fratres adiuicem:
uirosq; & uxores firmissime oium atq; artissime sint a/
micitie: apud reges uero & sepe uidemus: filius a patre: &
pater a filio: & coniūx a cōiuge: & frater a fratre capite
atq; necatur. ut quos ipsa natura ad amādū compellit:
regnādi auuiditas cogit. Ita odio esse: ut plerūq; de sua
nece cogitent. Demū plurima facit Rex: que nedum
amorem suoꝝ impediunt: sed eos reddunt sibi inimicos.
Exigende sunt enim pecunie a subditis ad necessarios
sumptus. puniendi sunt facinorosi. prohibende iniurie.
confiscanda bona multorum. cogēdi sunt bella agere.
domus agrosq; deserere. Que una res subditis molestis/
sima est: & omnem amorē repellit. Dēiq; cui fides dee st:
magno bono eum carere nullus hesitat. Que enim fa/
miliaritas: qui usus: qui congressus iocūdus esse potest
absq; fide? Quis enim familiarem? Quis seruū aspicere
potest: si ille í fidelis existat? Reges uero de nullo aut
raro fidem habent: quod ex eo licet cognoscere: q̄ non
facile tibus ad se delatis credunt: nisi a seruatoribus pre/
gustentur: ne qd male edāt formidātes. Ceterꝝ regibus
nunq̄ fit satis optādo: & minus consequendo. Ceteri. n.
homines aut edes cupiunt: aut agros: reges uero urbes:
puntaf: regioes: arces: q̄s adipisci difficilius p̄iculosiusq;
ē: q̄ eas res que ab aliis cupiunt. Et qd oim í felicissimū
est. reges ipsi tam bonos q̄ malos: tā sapientes q̄ íspietes

formidant. Fortes quoque timent: ne aliquid audeant
gratia libertatis. Prudentes: ne quid aduersus eos ma/
chinentur. Iustos: ne dedignentur ab eis gubernari.
Potentes & diuites uerentur: ne subditorum potentia &
diuitie eis nocua reddant. De quibus Iob pulcre ait:
sonitus terroris semper in auribus eius. Adde quod reges
nunquam naturalium rerum abundantiam exoptant. Ver/
tatem agrorum odit: ne fertilitate rerum subditi difficilius
iugum feruendi patiantur. Demum nullum regibus
gaudium cum securitate est. timent celebritates hominum:
timent festa: timent solitudines non custoditas: timent
ipsos custodes: nec inermes illos habere uolunt: nec de
armatis plurimum confidunt. quo fit ut quid ipsi uelit:
ignorent. Nonne ista infelicitatis signa sunt? Quod
si forte magnam quis putet in regibus: & propterea beatos
eos: quia facile multis prodesse & inimicis obesse possunt:
nimium in ea re fallit. Qua enim ratione Rex benefacere
alicui potest: cum apte sciat: quod quanto plura quis ab eo cepit:
tanto citius cupit effugere. nullusque sit qui earum rerum
quas sibi principes largiuntur: suas esse putat: quam si eo loco
sint: aut ipsi tam potentes fuerint: ut etiam si Rex cupiat:
nullo modo possit auferre. inimicis uero nec obesse nec
prodesse audent. Accidit enim illis ueluti habentibus
extremos equos sed feroces: quibus nec illis uti possunt
propter timorem: nec alienant propter uirtutem. Sed
& inter alias huius regalis status infelicitates illa non
parua est: quoniam & si reges non ignorant statum eorum
multis miseris: calamitatibus & periculis plenum: tamen
nec se ab eo proinde eximi: nec tute liberari sciunt: nec
sponte cedere possunt: qui semel regnum affecuti sunt. In
qua re cunctorum principum illa omnium miserima
conditio est: ut miseriam ipsam relinquere non ualeant.
Quo. n. pacto principes tot pecunias restituere: quot

ipsi diripuerūt. aut tot uincula pati: quot ipsi iegerūt.
 aut tot mortibus mon: quot ipsi necauerunt. Ceterum
 q̄ gloria: laude & honore reges cūctos mortales supēt:
 hoc unū est ut mihi satis uideatur: quo reges oīum hoīm
 miseres existant. Nam nec obseruantia: nec honoris
 reuerentia illorū presertim: qui nos aut non iuuāt aut
 in uiti seruiūt: grata nobis esse potest. Quinimo quanq̄
 hoc sepe fieri intelligamus: ut q̄ maxime principes suos
 timent: hi eos oderunt: hi maxime eos obseruent: colāt:
 uenerentur: munera mictant: assurgāt. ad ea tamē nō
 amor: sed timor cōpellit. Licet hec omīa seruitutis sint
 signa: ueni enim honores alius ex causis gignunt. Et ut
 finem miseris huius status imponam: in eo rapina: de/
 predatōnes reperiri libet. ut de eis p̄pheta dicere uideat:
 in medio populi p̄ncipes eius quasi lupi rapiētes predā:
 in eo iniurias: in eo uindictas: in eo spes anxias: in eo
 honores uanos: cupiditates: furores: in eo nulla est q̄s:
 nulla animi tranquillitas: in eo paucorū est subuentio:
 multorum oppressio: paucis gaudiū: multis opprobriū:
 quibusdam premiū: plurimis supplitiū: omnibus labor:
 sibi pena & crux. atq; ut cuncta uno claudā uerbo: rex
 in regno sentina est in nauī: in quā unā oīm officinarū
 sordes: miserie: calamitates & spurcitie decoquuntur: ac
 infeliciter recludunt. Demū illoꝝ ifelicissimas miseras
 agnosces: si de successoribus cogitabis. Nā quidā inquit
 sapiens. Quis potentior fuit Alexandro: ei tamen suc/
 cessisse legitur non suus: sed alterius filius. Successorē
 Iulio Cesari non fecit natura: sed adoptio. Imperialis
 domus totum relege atq; reuolue progressum: reperies
 quia perit memoria eoꝝ cum sonitu. transis. & ecce non
 sunt: nec inuētus est locus eoꝝ: & ad inferos descēdetes:
 eiusq; heredes aut ignoti: aut extranei: ne dixerit hostes
 successerunt. Rursus si celesti ac eterna felicitate reges

i. sentina
 est rex.

9 it fons
dignos putas: recte intelligis: si q̄ premio digna agant,
Felix ille. sed quis est & laudabimus eum? Rarus ut
fenix est. Nec ab re sapiens Salomon et Rex tanta
regum expertus pericula dicebat: preter paucos omnes
reges cōmiserunt peccatum: & reliquerūt legem potētis.
& gloriā pdiderūt. Vnde Ysidorus: difficile est p̄ncipē
regredi ad melius: si uicis fuerit iplicatus. q̄ p̄ abruptū
licentie in omne facinus uicioꝝ labit: & q̄nto excelsior
tanto peccatum grauius: quia potētes potenter tormēta
patientur. Omnes nāq; peccatores quos sub se ī uita
habuit: in futuro seculo supra se plagali pena hēbit.
Vnus ex sanctis tractatoribus dicebat: miror si quem
cōtingat saluari ex his: qui principantē in tātis ruinis
& tanta pigritia. Video tamen eos currentes: & sponte
se in aperta picula iactātes. Hinc in euāgelio scribit:
emi uillam quam multo labore acquisiui id ē pretio
aīe cōparauī. Hec sunt igit̄ premia status regalis: hec
gloria: hec excellentia. Ascēde igit̄ q̄cūq; es. si placet
ascende. sed ea lege: ut leges naturamq; sedis patiaris:

*115 salua
2816*

Capit. tertiu de curialibus. & de exercitō & uita
& moribus illorum & aliorū potentum: ducum:
comitum & baronū: ceterorumq; qui principum
fauores & officia sequūtur. & de laudibus & cō/
mendatione huius status.

Gloriosa plurimū Cesarū atq; regū aīcīa semp
fuit. Vbi enim eminēs est atq; excellens totius
humani honoris & glorie mundane culmen: ibi ingēs
gloria: ibi sempiterna nominis & honoris fama: ut cō/
paretur necesse est. Si itaq; regis amicitia aut fauor
arridet: plerunq; breui laboris & temporis compēdio:
immensa p̄mia hoīes consequent̄. Et si cuiusq; ea fors

est ut principi carus existat: eternū sibi: & tandem sue
 posteritati: familie: generiq; nomen: deinde honoris et
 glorie perpetuū monumentū relinquit. Nam ut aiunt
 alibi negotiari fortunā ferre est: cū regibus uero ascari
 supra fortunam ascendere est. Pro igit̃ hac consequēda
 omnis hūanus animus impendēdus est: ueluti que digni/
 tates summas: que opes: que honores: que deniq; famam
 & perpetui nominis gloriā: laudem et preconium suis
 sectatoribus prestat: qd enī dignitate: gloria & honore
 p̃stātius? Quid generoso & aīo nobili auidius exoptari
 potest? Hinc Seneca noster Cordubum: pro immenso
 mūere hīturū se grām & famam ap̃d̃ posterōs p̃cabat̃.
 Et Statius: presentem honoris & fame gloriā: ben ignū
 iter opibus suis ad futuros statuisse dicebat. Et Ouidius
 Naso sibi nomē indelibile futurum: seq; ore populi le/
 gendum: predicandumq; letabatur. dicebat deniq; non
 paruā animo dat gloria uires. & fecunda facit pectora
 ad alta honoris amor. Ad quā utiq; rem nos uehemēter
 natura ipsa inuitat. Nā ut Polycratus ait & ante unus
 ex philosophis dixerat: nō caret misterio q̃ honor cū
 .b. litera describit̃. que non nisi quadā uehementi cordis
 nostri aspiratione pronuntiar̃ ualeat. Quo apte mon/
 stratur: naturali quodam impetu atq; desiderio hoībus
 insitū eē ad honorē & gloriā aspirare. Dēiq; Aristotelē
 nō parum honoris & laudis preconiū assecutū legimus:
 ex eius ad Alexandrum amicitia. Et Senecā non me/
 diocrē amplitudinīs & decoris laudē adeptū nouimus:
 ex Claudi Neronis ad eum affectu. Sed & Virgilius
 ex ea apud Cēsarem familiaritate: per omnia secula se
 uicturum presagit. sed quid hec commemoras? Cūctos
 certe quos sublimes: quos excellētes quos honore: laude
 & fama uiros prestantes aspiciamus: non nisi apud reges
 tales incepisse aut reges tales effecisse liquido cōp̃temus.

Seneca.

q̃m̃ anā. p̃
 hōi ad fam
 rā et h
 a p̃p̃ta

Nec enim ab re laudata illa t̄ sacris literis regina Saba :
beatos & felices dicebat non mō eos qui Salomoni regi
assistebant: sed & qui ei obsequebant. Ex quibus liq̄do
constat: q̄ honorabilis sit uite formula in regum curiis
uersari. Hec & similia amici suadebant: ut hoc uiuendi
genus diligerem.

Capitulum quartū de laboribus: oneribus & incōmodis:
ac periculis potentū curialū: ac fauores curias seu
offitia principum sequentium. in quo capitulo &
tribus rubricellis sequētibus sp̄ca liter agit de septem
uiciis: que offitiales regum & curiales comitantur.
Agit etiam de calamitatibus procuratorum regū:
& alia offitia exercentium. et an in curiis regum
acquiratur uerus honor.

FRemebat stupida bona mater hec audiens: cla/
mabat alta uoce latere sub herba anguem: nec
ut dicebat uenena dantur nisi melle circū linita. Et q̄q̄
potentū ac curialium uita a prelocutoribus plurimum
laudata existat: sub eius tamen fronte: plurima latere
incommoda atq; pericula asserebat. Verū in primis id
Suetoni sepe a sapientibus audisse dicebat: quoniā qui
tarus est regibus: uilis est sibi anima: uilis quies: uilis se/
curitas: otium atq; uirtus. Iunge his cōmune periculū
omniū qui principibus seruiūt. De quo Crispus ait. Nā
regibus tam boni q̄ mali suspitiores sunt. Semper enim
ut aiunt: p̄ncipibus aliena uirtus formidolasa ē. Id aut̄
quod de amicis priscorum principū ad quosdā com/
memoratum ē: propositū apertissime pbare uidetur.
Quis enim carior apud Alexandrū Aristotele? Quis
apud Cesarē Claudiū Neronē Lutio Seneca? Quis
apud Tiberiū Scrauo? Quorum ruinam nouimus. ut

*dant melle
linita ut
uic. p̄ncipis
c. 3. b. f.*

an.

¶ enim sapiens quā dicebat: melius quā regibus incognitus foret: quā amatus. Et iterū. In regibus par malum est si quem oderint aut diligant: nisi quod odium fugat amor detinet. Quod si laboribus: si sudore: si periculis plurimis regi carū se quis futurū putat: cogitet longe tutius erit: longeque facilius regis superni & conditoris omnium aicitia tāto perequesisse. Rursus si pro hodierna temporis malitia: qua rara amicitia est: quis tam imprudens est: atque insulsus: qui sibi regū duraturas firmasque aicitias putet: aut potius fingat? Cogitet quid inde ad eos quos diligere simulat: quos certe fortune splendor tumorque animi omnium inaequalium facit cōtemptores. Adde quia ut fortuna instabilis: sic principū uoluntas uaria & inconstans est: quāquā stāte perseverantia: res ipsa boni modicum: mali uero atque periculi multum habet. Denique bonā sibi spem promittunt: qui regibus famulantur. Quis enim tam imprudens uideri cupit: qui sibi spem ponit in tāta tempestate? Sed uerū est quia ut noster Quintilianus ait: ueluti multa timētur que optanda sunt: sic multa sperantur que timenda essent. Qui ergo principū fauores desiderat: quid nisi libertate: otio: uite securitate: amicitia priuari desiderat? Forte ita talē quis principē sperat a quo facile falli aut damnari potest. Mobilis est enim cuiuslibet principis animus: & tanto mobilior quanto a pluribus concutitur. Nec enim propter rerum uarietates cuncta ratione poterat: & quod cunctos mortales a regū aicitis auertere iuste deberet. Illud eis commune est. quia plerumque non qui plus habent sapientie aut uirtutis: sed qui plus ab ea alieni sunt gratiores illis existunt. Nec qui plus ingenio aut artibus modulatur: sed qui plus adulat: ille gratie fauorique proximus habet. Sed si cetera sileant: quis nisi demens aut reus expertus: regū fauores tantopere desiderat: in quibus non nisi uarios rerum motus: urbium mutationes: pestiferas nouitates:

(mobilis principis
 add. ista
 in ipso
 vi. de. de
 non
 nolu fil

famem: bella: discordias: indies conspicimus? Si igitur
hec tibi placent ad regum amicitias aspira.

**De piculo & labonbus officialiú: regum: specu/
saliter de eorundem principum procuratoribus.**

Fortasse dicet: uidemus passim ad honoranda
regis officia: aut reꝝ suarꝝ utiliora ministeria:
omnem fere hominẽ etiã podagra & quouis articulari
morbo ligatú: uelocissime atq; auulsiuissime currere. Ex
quibus honor: utilitas: nobilitas: libertas: status: secu/
ritas: mortalibus indubie prouentú. Sed nisi fallor:
erras grauissime. Quid enim si regis procurator: aut
rerú eius gestor existas: núquid putas ideo ei carior:
tibi utilior eris? Volo cõsideres: quia illius gerere ne/
gotia laboriosum est: cui placuisse ppetua seruitus ẽ:
displicuisse discrimen: superciliú graue. & qđ grauius
est: paratum est pro leui offẽsione supplitiu. Adde.
quia qui regis procuratiõnẽ suscipit: necesse ẽ multis
displiceat: & tandem domino. Rursus periculosius deo
displiceat necesse est. Nanq; regis iussu: aut eius emo/
lumentu gratia: enormia regno mala: & ingẽtia mul/
torꝝ damna: uel ppetrare. uel dissimulare eú oportet.
Sed nec id puto tacẽdú: quia qui regis gerit negotia:
qua die id infelix officiu suscepit: ea die sibi uiuere
desuit: omnisq; libertas: omnis quietas: omnis iocúditas
abterunt: pro quibus innumeros labores: afflictiones
& mordaces linguas: & ultra uires curas sibi gratis per/
mutauit. Infelix certe exercitiu: nam qui unius est
procurator: multorum hostis est: & dum regi placet:
regno infestus est. Quippe quẽ explere oportet qđqđ
sibi iniungat a rege: etiã si in aliorú perniciẽ tendat.
Et ut paucis agã: regis procuratio honorabile exiliú

est. honorabilis certe titulus: sed difficilis ratio. Et sub iudice uētilanda: corā quo habebis accusatores multos: excusatores nullos. Et quod perniciosius est: implebis domū tuam uento: & fama falsarū diuitiarum: alienas autem ueris.

De periculo & labore officialiū: & dilectorum regum & principum.

ALia preterea discute: pquire regum officia: ad/ ministrationes: curas omnes. Ididē reperies: que & si nō ignoremus ea oīa periculis plena esse. Cernimus tamē a multis sepe eē optata: sepeq; magnis empta pe/ cuniis: quesitaq; periculis. Sicq; tam ceca est mēs hoīm: ut periculis ematur periculum: precibus atq; laboribus comparetur discrimen. Nec enim in illis deest pecunia: sed deest uirtus. non deest fastus: sed deest castus. non deest sublimis: sed deest humilis. nō deest adulator: sed deest ueritatis amator. non deest seuus fraudator: sed deest rectus cōsiliator. Taceo septem illa funestissima uicia: que palatinos regūq; officiales infallibiliter co/ mitantur. Primū quidem honorū dignitatūq; ambitio est. Nam teste Cicerōe: difficile est potestatem cupiēti seruare equitatem. Et sequitur. facillime impellitur ad ad res iniustas: qui fauoris & glorie cupidus est. locus. n. aule lubricus ē. Secūdo. regios fauores sequētes: mēdosa & seductoria adulatio familiarissima ē. Habet enim ut inquit Polycratus curialium adulatio comites dolum: fraudem: prodicionem: mendatium. Hic est ille liquor olei fedissimus: quo curiales unguunt caput regis ut eum decipiāt. Qui ad eos cū sācto rege Dauid dicere debet: oleum peccatoris non inpinguet caput meum. Ab his iniquissimis adulatoribus: laudat peccator in desideris

honorū ab iudicibz

adulatio

sepe palatinos

unus recipit

suis. Tertiū uiciū regis domesticos comitat: uidelicet
 feda atq; improba munerū receptio. Que ut scriptura
 ait excecant sapiētes: & subuertant uerba iustorum.
 Sine his certe quotidianis distributionibus qui p̄ncipi
 assistunt: qui rerum suam curam gerunt: iux uiuere
 possūt. Nā teste Seneca uelut canes acerrimi: nō nisi
 oblato cibō mānuēscunt: nec aliter palatini quēq̄m
 audire: minus exaudire uolūt. Quinimo teste Plinio:
 ueluti quidam sunt homines fascinantes uoce. alii qui
 uīdendō interimunt: maxime quos irati conspitiunt:
 sic palatini fascino pestilentiū quos intuentur.
 Hi enim ad se uententes nō modo loquendo: sed ua/
 cuos uīdendo interimunt. Vnde Polycratus ait: quia
 curiales & medici in eo cōueniūt: quia uendūt uerba
 sua prope aliq̄ndō pretiū recipiunt ut taceant. Mirū
 prodigiōsūq; hominū genus: in ceteris uite modis qdā
 operas: nunq̄ uerō uerba ipsa uēdūt. Hi etiā silētiū:
 alii uendunt quod est in rerum natura. hi quod nihil
 est: magno distrahūt precio. Et ut paucis agam: pa/
 latini libera illa atq; gratuita sēsūū corpaliū offitia:
 aliquando etiā ut illa non exerceant uendūt. ut si te
 lete uident: aut grate audiūt uel loquunt: euestigio
 uero si te toruo gestu conspitiūt uel audiunt: aut nō
 loquantur: cogeris miser utroq; euentu propinare. ut
 uel augeas fauoris affectum: uel tollas amoris defectū.
 Adde quartum palatini uicium: uidelicet improbam
 offitiorū uenditiōem. De qua Polycratus ait: impro/
 bitas curialiū eo usq; innotuit: ut de testōnio cōscie:
 de uenustate morū: de odore opinio nis: de sinceritate
 cause: de torrente eloquentie: nisi pretio interueniēte
 q̄ frustra cōfidat? Scđm illud Ouidii: ipse licet uēias
 musis comitatus Homere. Si nihil actuleris tibi Ho/
 mere foras. Quītum aulistarū uicium non est ceteris

funestius: simulata uidelicet amicitie fictio. Fingūt se
 palatini multos amare: q̄ oēs odiūt. q̄ cū facto opus ē:
 facile cōpies. Nā ut ait Iuuēalis. Quantū q̄sq; sua nu/
 morū seruat in arca: tātū habet & fidei. Hinc Tullius:
 uere aicitie difficillime reperiuntē in his: q̄ in honoribus
 uersantur. Et Seneca. Errat qui in aula querit amicū.
 Sextum palatinorum uiciū his proximū est: uidelicet
 uersuta machinatio ad extorquēdū: & pauperes expo/
 liandū. Inueniūt nanq; q̄ p̄ncipibus assistūt: plurimas
 extorquendi uias. Quos Hierōimus asserit crudeliores
 esse leonibus & lincibus: qui licet ore rabido deuorant:
 tam diu tamen memoriam depredandi nō perdūt: q̄ diu
 uenter est uacuis. ubi uero pasta est sanguis seueritas:
 tum saturitate succedit obliuio. Septimū palatinorum
 uiciū est cōmessatio nū: libidinū & uoluptatū uacatio.
 Quos signat Ysaia: qui consurgunt mane ad ebrietatē
 sectandam: & potentes sunt ad bibendū uinū: & fortes
 ad miscendū ebrietatem: de nocte diē fatiunt: & nocte
 uigilant. Hos dicit Seneca: uomere ut edant: quorum
 palatus non nisi ad pretiosas escas excitatur. & tandem
 uenter uino est uanis: uacet libidini. Agam ergo finem:
 & dicam cū Bernardo ad eos qui regū amicitias sequūt.
 Tu in curia principum sedes: cum diuitibus in occultis:
 ut interficias inocentē. Deniq; insidians ut rapias pau/
 perem: ibi dextera tua repleta est muneribus. Ibi res
 pauperum uolenter rapiuntur. Ibi laudatur peccator
 in desideris anime sue: & iniquus benedicīt. Ibi laudas
 quod non debes. oparis quod non licet. loqueris q̄ nō
 decet. Hec igitur studia: hi mores: he artes officialium
 regum: hec exercitia palatinorum: & eorum qui regum
 fauores & amicitias sequuntur. Hac igitur lege ascende
 si placet ad tantā potentiā: aut ad tātā dementiam.

. . . q̄ p̄ncipibus
 amicitias

Sextum palatinorum
 uiciū
 pauperes

. . . cōmessatio nū
 libidinū

An uerus honor acquiratur in curis regum
& principum.

Rursus auiditas forte consequendi honores: te
trahet ad regū amicitias appetendas. Dices. n.
honorē esse de genere bonoꝝ. & teste tuo philosopho;
per se ab honestis uiris expetendum fore: qui non nisi
ex principum amicitis prouenire solet: ueluti i qbus
& ex quibus cūctarum dignitatū: & honoꝝ cumulus
residet atq; dependet: sed & ad ceteros diruat. Ad que
ego paucis respondebo. Crede itaq; mihi fili mi. quia
teste tuo Cicerone: homo qui summa uāitate uersat:
nullam effigiem uere uirtutis: sed umbram se ctatur.
Est enim honor ipse & gloria solida quedā res: & ex/
pressa non obumbrata. Ille enī uerus est honor. Illa
uera laudis & fame gloria: que ex meritis ac uirtute
constat. Plerunq; in his qui aurā fauoris principum
sectantur: familiaris est glorie uanitas. Quinimo nō/
nunq̄ uitioꝝ landatrix est fama popularis. Vnde
Socrates ut iquit Valerius: eos honorē uerum cōseq;
posse ait qui id agunt: ut quales uideri cupiunt: tales
ipsi essent. Prudēs. n. uir ut inquit Bernardus laboris
sui fructum non in honore: non in fama: q̄ multa sepe
falso acq̄rūt: sed in cōsciētia ponit. Hinc Augustinus
cōsciētia actendere nos iubet: non quidem honoris
famam. Hic enī falli pōt: conscientia nunq̄. Rursus
nec dignitatū maximarū culmine letari recte possūt:
qui regum amicitias & fauores queritāt. Dignitas. n.
ut inquit Tullius honesta: cultu ac uirtute & honore
digna: est auctontas. que cum laude prouenit: non
dignitas: sed dignitatis usurpatio. appellanda ē. Hinc
Boetius. nō nunq̄m uirtutibus & dignitatibus honor
accedit: sed potius ex uirtute dignitati honor accrescit.

Nam collata improbis dignitas non modo efficit indignos: sed prodit potius & ostendit. Accedit quia regiam umbram sequentes plerumque non uirtute: sed uicio. non merito: sed pretio. non electione: sed adulatione dignitates assequuntur. Quare ex eis honorem uerum eos consequi non posse: perlucidum est.

Capitulum quintum de nobilitate generis et scientie ac morum. & quomodo ortum habuit. & an a regum & principum sola uoluntate & concessio recte acquiratur nobilitas.

Purimum falluntur qui generis claritatem quam nobilitatem uocamus: ex sola principum auidia: fauore aut largitate querunt. Pro cuius rei apertiori cognitione aliqua de nobilitate non satis a modernis tacta: breuius quam rei magnitudo exposcit differemus. In primis igitur pretermittemus de illa nobilitate dicere: quam theologiam aut supernaturalem uocant: quam quis dei gratia acceptus est illi: sed nec de naturali nobilitate tangemus. quam aut liber aut ingenio uel intellectu calens: nobilis appellatur. Agemus itaque de ea carnis nobilitate: qua quis ultra plebes homines dignior: acceptior atque honorabilior reputatur. quam nonnulli nobilitatem politicam appellant. Inquiremus igitur primo. quid sit ea carnis nobilitas. Demum quando: quomodo: & per que: & qualia media acquiratur. Omissis itaque plurimis que in ea re adduci possent: satis nobis est Aristotelis amplecti sententiam. Is enim in rhetoricis nobilitatem idem esse uoluit: quod uirtus generis. Ex eo quidem appellamus quosdam nobiles: quia ex honorabili genere ortum trahunt. Genus uero ea ratione honorabile dicitur: quia ab antiquo multi ex ea progenie insignes: & honorati uiri processerunt.

nobilitas est theologia
& naturalis

nobilitas est politica

definitio nobilitatis

Et ut agamus breuiter. ingenitas ista politica: quam uulgus nobilitatem appellat nihil aliud fore creditur: quod ex aliquo antiquo genere & honorata profapia processisse. In qua ab antiquo plurimi euasere insignes. & honorati uiri. aut in principado uel presidendo: aut alios publicos & honestos actus: uel principis iussu uel populi assensu exercendo. Nec huic sententie idem philosophus contradicere uideretur: cui noster Seneca satis assentit: hi. n. nobilitatem antiquatam dicunt esse diuitias. Quod putamus ideo dictum esse: quia secundum communem hominum opinionem omnia mensurantur numismate. ut uerum sit quod sapiens ait: quia pecunie obediunt omnia. Quo fit. ut pecunia ipsa pretium esse uideatur cuiusque rei. Ex hoc enim quod aliqui sunt diuites: facile reputantur digni ad principandum: seu in populis presidendum. Et eo ipso creduntur esse insignes & honore digni. Ex qua re inoleuit eundem philosophum & sapientes dicere nobilitatem esse antiquas diuitias. Non utique ut sole antique diuitie simpliciter nobilitatem pariant: sed ut idem philosophus in quo politico ait: exigitur quod simul cum diuitis assistant progeneratorum uirtus & merita eo modo quo diximus. Sunt itaque diuitie non formaliter inducentes claritudinem generis: sed instrumentaliter tanquam signum nobilitatis. Sed nec alio misterio uacat: quod ipse philosophus & sapientes nobilitatem antiquas diuitias dixerunt: ut uidelicet recentes diuitias ad nobilitatem causandam minime sufficere demonstrarent. Cuius causam idem philosophus in rhetoricis pulcre assignat. ait enim quia nuper ditatum esse: est quedam iteruditio diuitiarum. Ea de re philosophus ipse tales nuper ditatos fortunatos: insensatos recte uocat. Recenter enim ditati nesciunt formare: nec dirigere bona fortune ad opera uirtuosa: sicut antiquus ditati. qui insignes fuerunt atque diuitis at potentia:

& alijs bōis fortūe uirtuose & temperate usi sūt: nolētes
 a suis degenerare p̄gētonibus. Ex quo illud ap̄tissimū
 uidetur: quia nuper ditati nō recte nobiles dici possūt.
 p̄ eo q̄ nō ex insigni genere: nec ex antiquis diuitibus
 uirtuose operantibus processere. Et simili modo aliqui
 recte nobiles esse possunt: qui ex nobili ātīqua p̄sapia
 sunt geniti: licet ex aliquo infortunio nō sint diuites:
 sicut illi qui nup̄ ditati sūt. Sed predictis philosophorū
 sententijs: pulcrū est sacraꝝ scripturaꝝ testimonia addere:
 a quibus omnis sapientia deriuata est. Illud enī primo
 roborat Rex & propheta Dauid. nam patrum merita
 posteros nobilitare asserit cū ait: potēs in terra erit semē
 eius. Et statim subicit: gloria & diuitie in domo eius id
 est posteritate. quasi dixerit. Quia ob parentū preclara
 gesta: semen eius acquirit potētā & gloriā nobilitatis:
 sed & diuitias. que simul precipua sunt fundamenta et
 partes substantiales nobilitatis generis ut prediximus.
 Rursus scribitur in ecclesiastico: deus honorat patrem &
 filios. & addit: benedictio patris firmat domos filiorum.
 id ē merita clara parentū quibus benedicunt: cōmēdanē
 ac honoranē. firmantq; filios & uera nobilitate carnis.
 Et sequitur & expresso. Gloria enī hominis: ex honore
 parētum. & dedecus filii: pater sine honore. Que pulcra
 sententia insinuat gloriā nobilitatis q̄maxie pēdere
 ex parentum honore: ueluti e contrario ignobilitas et
 dedecus filios sequit̄: si illorum patres & minime
 honorati fuerint. Et hoc iterum idem sapiens cōfirmat
 cum subicit: gloria diuitum honoratorū apprehendet &
 filios: uidelicet & gloriā nobilitatis. Liquido igitur de/
 monstrat̄: quia ueram carnis nobilitatē nō sole diuitie
 generant. quia scriptum est: non magnificauit uirum
 peccatorē diuitē. Itaq; uirtus: merita & preclara parētū
 gesta: que eos insignes & honorabiles reddiderūt: ueram

carnis ingenuitatem ad posterof transmittunt. sed & positua iura ea que dicta sunt q̄ maxime cōfirmant: ueluti que si recta iura sunt: a diuino iure moraliq; & politica doctrina: discrepare minime cōuenit. Habēt enim nobilitatem ex tribus cōfici. nataliū antiq̄tate: honoribus & diuitiis: licet diuerso modo ut p̄ diximus. que **omnia** ut notissima pertranseo.

Ex quibus liquido itueri unusquisq; potest: nō recte dici possit p̄ncipes sua uoluntate eos efficere posse nobiles: qui ex plebeis orti sunt parentibus. Requisitus quadā die atq; plurimū lacessitus Sigismū dus Cesar: a quodā plebeo sibi admodū dilecto: ut illū nobilē faceret: non insulse sed docte simul & facete respōdit. diuitem inquit aut exemptū te facere possū: nobilē uero minime. ut antiquatas diuitias longeuāq; ingenuitatem: non recentē principis gratiā: ueros efficere nobiles demonstraret. qui plerunq; nulla obistente uirtutis ac probitatis causa: plurimos claros fecisse arbitrantur. quos potius exemptos q̄ ingenuos dixerim. Politica igitur atq; ista uulgata generis claritas non alieno priuilegio: sed p̄scorum probitate & uirtutis opere comparatur. Que q̄nto antiq̄or: tanto nobilior. & magis relucet a parentibus relicta: q̄ a principe sine uirtute donata. Sed teste philosopho: ideo nobilitas ī antiq̄tate laudatur: quia in eis antiq̄a fuit uirtus. Nec propterea illud nego: quia nobilitas carnis t̄p̄e incipit: & tempore desinit. Et ueluti incipit p̄bitate parētum: cessat & uicis successorum. adeo ut plerūq; claritatem quā longa tempora produxerūt: una dies perimat. De quibus recte dici posset: q̄a cū se nobiles fingunt: tunc tales esse desinūt. Fateor etiā plurimos fore qui strenuitate: uirtute: opera in rempub. collata meruerunt ut nobiles sint cum fiunt: non cū nascuntē.

Quibus & si priscorum suorum clara facinora desit: iuuat
 propria strenuitas & propria uirtus. quia ut aiunt: nesciunt
 cur ad nobilitatis actus magis inuitet aliena quam sua pro/
 bitas. aut potius moueat defunctorum quam uiuorum: presertimque
 exempla. ut in octauo capi. in fine dicemus. Sed certe
 Quales uerius nobiles esse incipere: quam plene perfecteque claros
 esse dixerit. Putarunt ergo ex premissis plerique sapientes:
 non insulse Cesarem aut regem plebeum hominem uerum
 nobilem facere non posse: cum nobilitas ipsa carnis: a
 progenitoribus naturaliter in posterum procedere uideatur.
 Idque in ecclesiastico sapiens affirmare uidetur. aut enim
 quasi in eodem casu dixerit: noli querere ab homine digni/
 tatem: nec a rege honorem. scilicet nobilitatis & claritatis.
 Accedit ad hoc. quia constat principem mutare non posse
 nature cursum: nec nostrum affirmare aut negare: aliquid
 mutat in re ipsa. Putamus tamen distinguendum. Nam
 si loquimur de nobilitate ad progenitores relata. quia
 natus aliquis est de nobili parentela: planum fore credimus
 talem impossibile fore per principem nobilem fieri posse:
 tanquam ex nobili prosapia: cum illa presuponat iam diu
 factam esse: nec fieri modo potest. Cum uero loquimur
 de nobilitate ad seipsum relata: tunc putamus regem aut
 principem nobiles facere posse. Nam creabit eum mi/
 litem: demum decorabit eum prefectum uel dignitate. Quo casu
 posterum uere nobilitabit. ipse uero nobilis esse incipiet:
 qui ignobilis esse desit. Itaque honor illius auctus est:
 sed conditio non mutatur. Habebitque quandam nobilitatis
 imaginem: tamen quo ad uulgi opinionem: aut plebeum
 manebit: aut preterite ignobilitatis uestigia non usquequaque
 cessabunt. Quam quidem opinionem princeps mutare
 aut delere nequaquam potest. Nec obstare uidetur quod dici
 potest: quia talis nobilitas per principem ex mera gratia
 concedentis indulgetur. non quidem ex meritis aut antiqua

profapia parentum. quia dicimus: licet ea nobilitas ex uoluntate dependeat concedentis: terminatur tamen illius personam qui debet nobilis effici. Incipit ergo a progēitoribus. quare talem appellare solemus nobilem factum non natum.

Capitulum sextū de multiplici nobilitate. & an sola generis nobilitas in deferendis honoribus & premiis: preferatur strenuitati: aut scientie uel uirtuti hominis ignobilis generis.

Nobilitatis igitur generis dum uim atq; naturā inquirimus: pulcrum erit ut id inuestigemus in quo plurimorum oberrarunt ingenta. sepe quidē nō ab re etiam sapientes ipsi dubitarunt. Que nam harū nobilitatum alteri in huius seculi assequendis: aut pmerendis honoribus: seu deferēdis premiis preferatur: an ea que solū ex genere hominibus puēit: an altera ex uirtutibus: scientia & meritis comparata. Quid. n. si q̄s in armis strenuus: fortis: prudens: nō tamē genere nobilis: cum alio concurret qui genere clarus est: sed obscurus meritis? Aut quid si sapiēs ignobilis cū nobili super dignitate decertat? Quibusdam certe uidet nobilitati antiquati generis simpliciter deferendū. Primō ob suorum in rempublicam merita. Eo presertim: quia ius naturale nobili opitulari uidetur. Constat enim ingenuitatem naturalem potiora iura obtinere: quā accidentali nobilitate. Rursus ut ē p̄bi in ethicis sēcētia. nō nulli sūt uirtutibus p̄diti: tamen nobilitate puati. Facile enim reperiri libet rusticū aut plebeū fortē: prudentem: animosū in his que ei congruūt: p̄ncipari tamē aut presidere nesciret. Deniq; non uidetur nobilitatem perdi posse per uicia filiorū. Nam sapiens

in ecclesiasten ait: a principe stultum positum in sublimi
 dignitate. Ex quo innuit nobilem esse: licet stultum.
 Demum eam partem phis tueri uidetur: qui in politicis
 ait: ingenuitate clarigenis esse opus laudabile. Costat
 enim ex operibus laude dignis: deberi honoris premiū
 & reuerentiā. Postremo philosophus ipse & alii sapientes:
 nobilitatem ipsam antiquatas diuitias diffinierunt. nec
 aliis uirtutis amminiculis opus esse. E contra quibusdam
 uidetur ignobilem progenie: tamē actu strenuū: fortē
 & prudentem: & longe fortius sapientem: nobili generis
 preferendum. Vt enī ait laureatus Petrarca & ab alio
 sapiente didicit: quanto sit nobilior rusticus: uir fortis:
 q̄ ignauus nobilis. Illud nobis apte demonstrat si mēte
 pensamus: q̄nto sit melius nobilitatē fūdare q̄ euertere.
 Sed & qui eam partē tuentur aiunt. quia iuxta phūm
 in politicis dignitas & honor ad quā nobilitas ordinatē:
 precipue distribui debet scđm pportionem & excessum
 bonoꝝ aīe: non scđm excessū bonoꝝ corporis. Cuius
 causam idē Aristoteles i primo politicorum assignat:
 uidelicet quia talibus bonis corporis & fortune cōtingit
 male & bene uti. Quo fit. ut non recte in eis uera possit
 locari nobilitas: licet organice talia bona eam ipsā in/
 genuitatem cōdecorent. Si enim in exterioribus fortūe
 bonis nobilitas consisteret: tunc q̄nto ditior quis foret:
 tanto esset nobilior. quod asserere nil aliud est: q̄ illam
 falsam sed facetā cuiusdā mulieris amplecti opinionē:
 quam phis in rhetoricis refert. Quia cum iterrogaretur
 an optaret filiū sapientem uel diuitem. Illa respondit
 optimam certe fore sapientiam. uidebat tamē sapientes
 ipsos diuitum ianuas frequētare: & nō econtra. Cū igit
 nobilitas iter extrinseca bona cōputetur: cōstat nullū
 propter eam solam honorādum fore. Et hoc est quod
 Aristoteles ipse subicit. inq̄ns potius homines honorādof

phig politice.

phig rhetorice.

esse propter intrinseca: & extrinseca bona. Aditens: quia nobilitas sola progenitorum non facit formaliter hominem clarum. Adde. quia felicitas ad quam omnis humanus animus suspirat: nequaquam consistit in his exterioribus bonis: nobilitatem uero nemo negabit esse aliquid felicitatis. quod ipse philosophus testatur inquit: nobiles genere fortunatos & felices dici. Rursus eam partem roborare uidetur naturalis ratio. Si enim genere nobilis tamen uiciosus plusquam uirtuosus ignobilis honoraretur: absurdum admodum sequeretur: ut delicta quod uicia premiarentur: dignaque honore forent: & uirtutes pellerentur. Quod Aristoteles in politicis damnat dum regulam tradit: neminem debere honorari nisi secundum excessum uirtutum: que sunt bona anime ut prediximus. Denique ipsa scientia homines nobilitat ut iura clamant. Hinc lex civilis habet: quia Ulpianus iuriconsultus recte nobilis appellatur. non quidem propter genus: sed propter scientiam & abundantiam meritorum. Fatiunt plurimum pro hac parte preclara Salustii uerba: de quibus statim in fine octaui capituli.

Valida certe utriusque iacula emittuntur: dubiamque admodum atque ancipitem controuersiam agunt. pro qua diluenda & ueritate elicienda: longa discussione opus est. Nonnulli enim sibi scioli quedam dixerunt: quoque principia ignorare uidentur: dum solum nudas theoreticas iuris sequuntur. Ego uero fateor me ignorare: cum eis ipsam tamen ignorantiam explicando putarem recte dici posse: nobilem antiqui generis simpliciter preferendum ignobili: equalibus ambobus scientia: aut meritis existentibus. Primo quia nobilis gradum gradui adicit ut iura testantur. Si uero esset inequalitas: non arbitror habendam esse rationem nobilitatis. Tanta enim posset esse huius ignobilis strenuitas & meritorum prerogatiua: & alterius

de nobilitate uulpians.

nobilis tantus uicioꝝ excessus: quod scđm ořum opionē ignobilis merito deberet anteferrī. Primū ip̄a lex pbat. ait enim q̄a licet qui meritis & labore uicit: p̄mio quoq; & honore uicere debet: tamen q̄a p̄x̄is sacroꝝ scrinioꝝ genitus reperitur: facilius antefertur. & ita consuetudo obtinet. Et in hoc residere uidentur nōnulle positioes iuristarū. Licet igitur huiusmodi positio scđm p̄sētem iustitiā uera credatur: eam tamen insufficientē: nimisq; generalē dixerim. Quia de re arbitror intelligēdā fore: quemadmodū Aristoteles in politicis subtilius explicat. Quid enim si nobilis & ignobilis uirtutis & sciētie eq̄lia sint merita: tamen ī eo actū aut honore de quo agitur: ignobilis nobilē excederet. Pone enī inq̄t ph̄us utrūq; concurrere ad officium fistulandi aut citarīandi: nemo sane mentis diceret nobilem quia talem ignobili ī ea re trito preferendum. Nec aliter in honoribus principādi aut presidendi. si ignobilis ad eum actum aptior putat scđm uirtutē: licet a nobili nedū nobilitate carnis: sed in quibusdam aliis meritis excedatur: tamen recte quo ad illum actum preferendus est ignobilis. Cui sententie nōnulli iuris diuini & humani interpretes annuere uidentur. Aiunt enī aliquando nobilitatē carnis p̄ferēdā sciētie: etiā in ecclesiasticis hononibus. cum per potētā nobilium rebelles arcentur: qui pacem perturbant. Nā tales nobiles longe facilius ecclesiam tueri ualent: quia ut aiūt res publica ecclesiastica nō tantū indiget oculo doctrīe sed & manu: ut luporū rabies comprimatē. Vbi tamen sciētia ad hereses extirpādas opus esset: p̄ferret sapiēs. Quo sensu itelligēda sūt sacroꝝ canonū decreta: & sanctoꝝ dicta doctoꝝ: presertim Hierōimi dicētis. Nō sanguini: sed uite & doctrīe honores distribuēdos. Sed & illud uidelicet cū sciētia hominē nobilitet atq; illustret: merito tanq̄m pretiosius et nobilius bonum

simpliciter preferēdū credatē carnis nobilitati: tanq̄m
bono corpis. Itaq; utraq; nobilitas excedit & exceditē
sc̄dm eq̄litate aut ieq̄litate meritoꝝ: & natura actus
in quē concurrunt. Idq; paucis: sed sapientibus uerbis
Gregorius dicere uidet̄ ī pastorali cū ait. Quis nescit
in natura gemmarum carbunculus iacēto preferitur:
tamen rubra coloris iacētus p̄ferē palenti carbūculo.
Quia & illi qđ ordo nature subtrahit: spesies coloris
adiungit. & hunc quē naturalis ordo pretulit: coloris
qualitas defert. Sic itaq; itelligēda sunt que ī oppo/
situm adducuntur. illa presertim que in ecclesiastico
habentur. dicebam inquit meliorem esse sapientiam q̄
uirēs. Et rursus. quomō sapiētia pauperis est cōtēpta.
Ex quibus facile ad utraq; rationes respondere libet.
ad eas presertim que cōcludere uident̄: quia si natus
nobilis tamen uiciosus ignobili uirtuoso preferretur.
tunc laudaretur atq; honoraret uiciū. Quia dicimus
eos non honorandos tanq̄ formaliter bonos & uirtute
peditos: sed tanq̄ bonos instrumentaliter. & ut signū
bonitatis ueluti cōmendamus urinā sui natura fetidā
repsentatōe: quia signat bonitate id ē corpis sāitate.

Capitulum septimum de laudibus: preconis &
commendatione nobilitatis generis. & de illius
uirtutibus & utilitate.

Consuetum igit̄ ordinem sequentes post p̄missa
que de nobilitate adduximus: afferenda sunt
breui sermone pauca ex multis laudū p̄conia p̄ro/
gatiue: & excellētie nobilitatis hūane: & ilico eiusdē
uanitates: incōmoda: damna & pericula: afflictioes &
erumne subcincte recensenda. Et quanq̄m ex his que
paulo ante tetigimus facile libet attingere: quanta sit

huius ingenuitas excellētia: quanta uis. Ex his maxie
 que ilico subitēus: eiusdē nobilitatis splendor & gloria
 uberius resultabit. Hec certe est illa preclarissima gēma
 humane nature diuinitus missa. q̄ ut cetera taceā homo
 non a casu: non fortuito: non dēiq; ab accidenti: sed ab
 ipsa rerum natura dignior & excellētior habet. Cetera
 quidem hūane dignitates: honores: ceteraq; bona hoīes
 subsequūtur. Hec uero generosa nobilitas una cū hoīe
 concipitur. quippe ante ab ipsa lustrat: q̄ a parentibus
 nascat. Quod sanctus patriarcha Iob ppulcre demōstrat
 cum ait. gloria eorum a partu: ac ab utero & conceptu
 honor illius. Hinc in ecclesiastico sapiēs ait. gloria hoīs
 ex honore patris. Et licet teste ppheta: mortales hoīes
 natalibus equalēs simus: ueluti filii excelsi omnes. adeo
 ut unus fons omniū sit: ipsa tamen generosa nobilitas
 alios alius preferat. Et iuxta apostolū. Velut stella dif/
 fert a stella: sic gloriosa ingenuitas hominē discernit ab
 homine. ne pari laude aut honoris premio prefruantē:
 qui inequali uirtutum & generis claritate illustrantur.
 Quis enim alti seminis ppaginē negabit suā nobilitate
 posteritatē quam potius exaltat: sicut uilis & abiectus
 a sua uilescit? Vnde qdā ex sapiētibus in uersu dicebat.
 Nobilitas hominis est mens deitatis imago. Nobilitas
 hominis uirtutum clara ppago. Nobilitas hoīs hūilem
 reuelare iacentem. Nobilitas hominis mentē refrenare
 furentē. Nobilitas hoīs turpia nulla timere. Nobilitas
 hominis nature iura tenere. Deniq; ut in rhetoricis phō
 placuit: nobilitati omnes pene uirtutes famulantur. ad
 quas ipsa natura parens specularius ceteris nobiles ipsos
 inclinat. Primo quidem humiles et mansueti nobiles
 existunt: elationem fugiunt. pro eo maxime qa eorū
 p̄gētores potētia & diuitis: recte & moderate usi fuere.
 Quo fit. ut nō facile supbia inflāment: quēadmodum

(apostolus)

qui nuper atq; recenter ditati sunt. Secundo nobilitati deseruit magnāimitas. que res agit: ut cōtūeliosi mī me existant. Hi enī cum ad magna suspirent: parua iniuria nulq̄ cōmouentur. parcunt: indulgent: sufferūt. tanto facilius imbecillibus: quanto resistunt fortius superbis. Tertio nobilitatem conciliat temperantia sunt enim nobiles ut plurimū: in reipu. cura occupati. ea de re assueti sunt temperate uiuere. Quarto nobilitas est plurimū honoratiua: nec aliorū despectiua. Non enim reputant nobiles alia bona nisi aīe: quare uirtuti deditos nō despitūt. Quinto nobilitatē ipsā prudentia & industria comitatur. subtiliter enim generosi inuestigant: quid eos agere oporteat. Quoniā plurimi illorum opera intuentur. & quidquid agant: qualiter ue domi uiuant. quid teneant: uicini omēs nouerūt. & uelut exploratores eorum sunt cōstituti. Quo fit. ut solliciti: intēti: prudētes & cuncta puidētes existant. Sexto nobilitas affabilis est & plurimum curialis. cōmuniter. n. uersantē in regū domibus & principum curis: sicut euestigio rustici tāq̄ solitarii rudēs & siluestres in campis uiuitāt. Et ob eam rem ut phō placuit: nequaq̄m sunt bene conuersatiui. Postremo nobilitas ipsa nō solum uiuentibus: sed & moriētibus laudes & preconiā parit. nec modo nascendo querit & uiuendo cōseruatur: quūmo sepe etiam qđ mirabile est: moriēdo augetur. Idq; gloriosus ille machabeoz dux nō negauit. de quo scriptura ait. quia elegit nobiliter mori: potius q̄ subditum esse peccantibus.

Capitulū octauū de uāitate nobilitatis hūane.
et de uicis que eam comitantur. et de plurimis
excessibus nobiliū. & de falsa noiatioe nobilitatis.
& de illius icōmodis: laboribus & periculis.

COgit iam aduersantium turba huius tã laudate
 ac caduce: sed & ianis carnis nobilitatis uãitatẽ:
 ignauiam: inconstantia ceteraq: incõmoda: afflictões:
 erumnas & pericula. Paucula ex multis actigamus. In
 primis itaq: illud uellem semp cunctis mortalibus mēti
 defixũ sit: quod unus ex sapientibus ait. Quia si hũane
 nature obscenã fabricã ac turpem materiã cõspicimus:
 de terrene carnis nobilitate disputare nil aliud uidebat:
 q̃ de stercoreis aut luti claritate certare. Vnde apud ma/
 chabeos scribitur. gloria eorum stercus & uermis. Quod
 & Ysaías non ignorauit cum ait. Magistratus & honor
 illius quasi lutũ. Quid enĩ superbit terra & cinis? Vnde
 Crisostimus. Vana est nobilitas carnis in fructuosa et
 pudorosa atq: nocua: nisi comiteẽ uirtus. Et Boetius q̃
 inq̃t iane & q̃fictile nobilitatis nomẽ: quis nõ uideat?
 Quare splendidũ te: si tuã non habeas: aliena claritudo
 non efficit. Et Apuleius i honoribus inquit assequẽdis:
 noli aliẽa appetere. Aliẽa uoco que parẽtes peperũt. cũ
 ridiculosa ia etãtia sit: de alieno gloriari. Et poeta Pe/
 trarcha laureatus ait. Sicut posteroꝝ macule parẽtibus
 non obsunt. sic nec maioꝝ splendor descẽdetes illustrat.
 Vnde ad quendam dicebat. Malem per teipsum alii: q̃
 tu per alios noscereris. Et subdit. q̃a mira res est id uideri
 cupere: quod nõ sunt. Fures: adulteri tenebras querũt:
 sola hec uana & falsa nobilitas licet uicis obtenebrata:
 lucem querit agnosci appetit: cui sanum esset consiliu
 nesciri. Qui ergo ueri nobiles esse cupiunt: aliquid agãt
 ut sint nobiles. quia & maiores sui nisi aliquid preclarũ
 egissent: nunq̃ nobiles fuissent. Demũ ut Hieronimus
 ait: nihil aliud uideo in generis nobilitate appetẽdum:
 nisi q̃ appellati nobiles quadã necessitate cõstrigũtur:
 ne a progenitorum probitate degenerent. Quis tamen
 non uidet plurimos filios: a suoꝝ claritate degenerasse.

Quippe qui quanto patres fuere clariores: tanto ipsi
euaſere obſcuriores. ut tot labores filii ppeti uideant.
inſectandis uicis: quot patres eorū iſectandis uirtu/
tutibus. Tot deniq; ſtudia ſolertias filii in perdenda
nobilitate impendant: quot illi in acqrenda habuere.
Idq; ut quidā ſapientis ait: in Africani filio libet itueri.
qui licet ex patre clariffimo genitus: plurimis uicis
ſorduit. Et ſi nobilitas p manus tradi potuiſſet: cla/
riffimum illum Africanus pater effeciſſet. Verum illū
pater potuit amare: ſed non potuit illuſtrare. heredi/
tatemq; uniuerſam locupletem que ſua erat: ei in tes/
tamento reliquit: claritudinem dimiſſe non ualuit.
Que res apertiffime probat. quia aut nobilitas ipſa
nihil omnino erat: aut pater qui omīa reliquit: eam
in bonis ſuis non habebat. Falſo igitur aſſeueratur
nobilitatem a parentibus ſuſcepiſſe. quam ipſi libēter
dimiſſēt: ſi ualuiſſēt aut habuiſſēt. Omnis ſucceſſio
etiā uiliſſimarum rerum: iudicio teſtatoris accipit.
ſola nobilitas ſua uoluntate nō tranſmittit. O quot
patres infinitam ſue lucis eclipſim in filiis patiunt. ut
uerum ſit quod ſcribitur: quia dant maculam glorie
parentum. Demū quantū discrimini: quantū piculo
proximū ſit inconstantis & uolubilis rei animū dare:
nemo eſt qui neſciat. Volubilis enim atq; iſtans
eſt hec nobilitas: & omī mobilitate mobilior. Qui. n.
heri arabat: hodie militat. & qui heri per urbes me/
dias aureis habenis ſupbus incedere: populosq; regere
ſolebat: hodie per ſqualentem campum pigros boues
paruo pugione ſolicitat. Seruorū filios in ſolio ſepe
uidimus: & filios regum in ergaſtulis. Quid ergo tam
inſtabilius? Quid tam uariabilius? Quare nobilitatis
aſſentatoribus minime aſſentiendum puto. Aiūt enī
pro eo eam ipſam ingenuitatem magni fore pretii et

quia naturaliter hominibus inest. Ego uero non satis
 uideo quo pacto uerū dixerint: quod ex eo primo patet :
 quia tunc omnes homines nobiles essent. Adde. quia ea
 uere naturalia sunt: que semper & ubiq; insunt ut phō
 placuit. nobilitas uero tam uolubilis est ut mulier que
 ueri clara fuit: hodie sine eius culpa imo recte & sancte
 agens: si plebeo nupsit ignobilis efficitur. Et idem ī
 eo: qui propter delictum nobilitatem perdit. Quo fiet.
 ut aliqua tēporis parte infelix homo sit nobilis: & alia
 ignobilis. & euestigio. Rursus nec omni loco nobilitas
 inest. Sarracenus enī nobilis a nobis captus: pculdu bio
 ignobilis erit: quia seruus effectus. & simili modo si ca/
 tholicus ab infidelibus captus. Deniq; idipsū & ī milite
 conspiciamus. nō enim militia ubiq; & uniformiter no/
 bilitatem efficit. Nam cum de equestri dignitate leges
 & ciuilia iura loquūtur: solū milites urbis rome nobiles
 appellat. Habēt deniq; nobiles quedā peculiaria: sibi q;
 naturalia forte dixerim indelibilia uicia. ad que teste
 philosopho in rhetoricis q̄maxime natura ipsa īclināt:
 ipsi tamen actualiter operantur. Primo quidē nobiles
 plurimū sunt honoris appetitui & ambiciosi. Est enim
 ut Aristoteles ait naturale homines accumulare uelle ad
 id quod habēt. quare dū ditari incipiunt: in dies uolūt
 fieri ditiores. & qui honorātur cupiūt effici honorabili/
 ores. Nobiles uero cum ex eorum genere honorabiles
 uideant: idcirco poptant accumulare ad ea que habēt:
 conanturq; fieri honorabiliores. Quo fit. ut nimīū ho/
 noris & potentie sint appetitui: ueluti ad id pximiores.
 Secundo uituperabile admodū uiciū & mōstro simile:
 nobiles ipsi naturaliter amplectuntur. sunt enim eodē
 philosopho teste adeo elati: ut etiam progētotum sint
 ut plurimū despectores. cuius ea ratio putatur: quoniā
 se reputant nobiliores atq; maiores q̄ eorū patres. Quod

ideo contingit. quia ut idē philosophus subdit: sēper nobilitas longe facta maior ē q̄ propinqua. Testis ē huius detestādi facioris nobilis ille Alexāder magnus qui rege Philippo & patre uicis nescio si uirtutibus maior extitit. de quo Polycratus ait. Quia & si pater plurimis artibus orbis imperu cōsequendi fūdamēt. iecisset: tantā gloriā filius ferre non ualebat. Quūmo tam incontinentissime fuit inuidie paterne glorie: ut cū patris triūphos: uirtutes: preclaraq; gesta audiret: lacrimas p̄ dolore extorqueret: easq; despittebat. forte dixerim minuebat: ac si paterna uirtus omnium a se gestoꝝ gloriā eriperet. eos uero qui talia referebāt: propriis plerunq; manibus interficiebat: aut rapi ad penas iubebat. ¶ Rursus parua sunt nobilium uicia que tetigimus: nisi alia eis fāiliarissia addideris. Primo quidem deum & ecclesiam que illos regenerauit: cōtēpnūt. quos cū nobilitatis iactura ipse comminatur inuens: qui me cōtēpnūt non erūt nobiles. Secūdo nullus est illis plerunq; in delinquendo pudor: nulla uerecundia. Quippe qui falso putant licētiā peccādi: cum carnis ingenuitate impetrasse. Non attendentes quia iuxta Ambrosium uerecundia exercendi turpia ingenuos & claros prodit natales: in uerecundia uero obscuros reddit. nec aliēa uirtus a propriis facioribus excusat. Hinc nobilis ille sēator Boetius: nescio inq; quo pacto ex se obscurū aliēa claritudo clarꝝ reddat. Recte igitur Apuleius tales uocat sordida loca sole illuminata: aut umbras deformes. Et subdit. quia hi nobilitatem ipsam que uirtutis instrumentū cōstituta est: ut scutum uel castrum fatiūt: quo cum ea licētius se flagitijs dedant atq; defēdant. Tertio ingratitude & infidelitas plerunq; eos comitantur. Ut enim iquit canon: nō potest p̄ncipi esse fidelis: qui deo ē infidelis.

Si igitur putantes se nobiles deū cuius expensis uiuūt: diuersis peccatis offendūt: recte ingrati quippe & proditores sunt & merito uilissimi plebei censentur. Quarto cum uerū nobilē fatiat magnanimitas: qua quis bona corporis ut parua contempnit: & magna uidelicet bōa anime appetat: nobiles plerunq; parua amplectuntur: & magna negligunt. Quinto munifica liberalitas: que maxime nobilibus congruit procul est ab eis. Nam cū beatius sit dare q̄ accipere. nobiles in eo se ingenuos et claros fore putāt: si ab aliis extorquent: si rapiāt. Interrogatus qdā sapiens a nōnullis nobilibus: que nā foret uerior maiorq; nobilitas. Ille indigentibus inquit munifice dare. cui illi acquieuerūt. Rursus sapiens ipse ad eos: dicite inquit uersauice quam putatis uiliore ignobilitatem. Et illi oppositū inquirunt sententie tue. Cū enim summa sit nobilitas munifice dare: cōsequens erit ut sūma sit rusticitas atq; extrema ignobilitas auferre. Quibus sapiens. uerum inquit & rectum ī caput uestrū iudicium pronūtiastis. Cum enim assiduo a paupibus sua auferatis: uiles & seruales sed & ignobiles uos ostēditis. Plurīa certe detestanda sūt uicia nobilibus cōiūcta atq; unita: que facilius ab eis committuntur: q̄ scriptis quibuslibet referūtur. Et hec paucis uerbis Hierōimus explicabat inqens. plerūq; nobilitas carnis: ignobilitatē parit mentis. Liquet igitur ex premissis quāta sit hoīm uanitas: tanta uanitate uexari. sed uerum ē qd̄ sc̄ptura ait. Quia in uanitate sua cōprehendit̄ uir. Cōprehendit̄ inq̄ homo in sua uanitate: dum plurimis sese periculis subicit. ut uano: inani atq; nudo nobilitatis nomine se putat decorari. Quod in deutriono scripturā luculenter insinuat inquirens. nō est sine periculo q̄ super re uana nomen assumpsit. Quid enim uanitas? Quid funestius: q̄ de meritis parentum gloriari: qui ī se sordet? Quid de

patrū laude predicari: qui a suis uiciis deturpatur? Hic pulcre Salustius in oratione ad Marium. Nam cum emuli generis ignobilitatem ei obiecissent: in eos sic inuehit. De iure me inquit despiciunt: fatiant idem maioribus suis: a quibus uirtute ac preclaris gestis nobilitas cepit. si inuident honori: inuideant & labori: inuideant innocentie atq; periculis meis. Et rursus. uideate inquit quā inique contempnāt. quod enim sibi ex aliena uirtute arrogant: id mihi ex me non cōcedūt. mihi noua nobilitas est. quam ut puto longe sauius ē peperisse: quā ut illos acceptam corrupisse. Et iterum subdit. fateor. imagines non habeo. dicere tamē audeo. uita mea: mores: hasta: uexillū: & alia militaria dona: cicatrices dēiq; & uulnera illata corpori meo. Hec sūt mee imagines. hec ingenuitas: non hereditate relicta: sed laboribus: sed periculis meis acquisita. Hec ille. Hec paucula de nobilitate. que cū uia quedam ad armatā militiam existat: ne tu fili carissime qui militie iermiticusq; uacasti: armatam a te nondum expertā tāquā uirtute carentem omnino despicias. Aut ad illā uelut sumam: gloria & honore refertā ide liberatus aspices. Expediens fore puto: ut huius militaris status & uite primo dulcia & prospera: deinde amara & afflictua agnoscas.

Capitulum. ix: de armata militia & exercitio armorum. & de laudibus & cōmendatiōe huius exercitii. & an uacantes armis sint uerique & partes ciuitatis.

Purima & laudata preclaraq; exercitia: mortuum hominum aduenit industria. Sed iter illa omnia nihil armata militia excellentius: nihil preclarus

& gloriosius. Ea enim exercitatio utilitate: honore ce/
 teris prestat. Per militiam siquidē & armorū exercitiū:
 reipublice quies atq; salus queritur ac conseruatur: & ab
 omni hostili uasitate liberatur. Cuius exercitiū laudes:
 utilitatem: primo ipsa humana indigentia demonstrat
 & extollit. ut enī ātīqui uoluerūt: militia recte māibus
 comparatur: que nature imperio parata est ad corpus
 iuuandū. Sicut enī manus sunt in corpore naturaliter
 institute ad impellenda nociua: ad pcutienda ifestātia:
 ad aētrahenda necessaria: & ad conseruāda alia mēbra
 corporum: illaq; augenda: sic milites ad ista cōfitienda
 in repub. p̄necessariū existūt. Vnde Valerius de neces/
 sitate ac profectu militie ait. Disciplina militaris acriter
 retenta principatū italie romāo impio peperit: multazq;
 urbium: multorū regnorū: ualidissimazq; gentiū regimē
 largita ē. Preterea sūt alie institutiōis eius cāe: ortus atq;
 necessana p̄ncipia: que illius necessitatē p̄clare ostēdūt.
 Est enī homo ipse imbecillis atq; natura ifirmius: sibi/
 ipsi nequaquā sufficiens. Itaq; societate & cōuentu hōibus
 opus est: ut quod seorsum egentibus singulis desit: id per
 mutuam opem de multitudine sociā nanciscātur. Hūc
 cetum pbūs in politicis ciuitatē uocat. cuius ut Ypoda/
 mus scripsit tres censuit partes fore necessarias. Primam
 quidem agricolarum. Secundam artificū. Tertiam p/
 pulsatorum belli & arma tenētium. Qui ergo tā p̄clarū
 militie & armorum initium cernit: nisi qm̄ tam insigne
 exercitiū damnabit. Nec enim agricultores sed nec ar/
 tifices in ciuitate prestabūt absq; propulsatoribus belli:
 quorum opera salus ciuitatis: cūcti deniq; status: & ip̄a
 sacra tuta sunt. Plato etiam in his quos de repub. sc̄psit
 libris: cum ceteros statusū ciuitate instituisset: unū ne/
 cessanum genus hominū longe ceteris anteposuit: qui
 arma tenerēt: ciuesq; alios ab hostibus defenderēt: qbus

mirifica priuilegia tribuit: honoreq; & dignitate ceteros uoluit antecellere. Quodq; si minime honoratur: pauci fortes reperiunt. Nam iuxta sententiam Aristotelis. apud illos inueniuntur fortes milites & tirones: apud quos fortissimi quiq; honorantur. Et Cicero. Iacet sp̄ & parum uigent: qui apud quosdam non decorantur. Ergo respublica tyranni dem sapit: que fortes aut sapientes minime honorat. Quis enim clarissimos milites cum civibus non anteponet: quorum pietas in patriam studiosa est: & mors pro illius salute sepe ab eis offertur? Hinc Brutus publicule Camilli scipiones celebrantur. Si enim milites in republica decerent: uirgines passim raperent: matres familias ad libidinem traherent: sacra simul & profana poluerent. Tandemq; cuncta cedibus & incendiis: misera quadam conditione miscerentur. Et tandem quidquid prauis hominibus liberet: id innoxios atq; innocentes pati oporteret. Hanc uero militaris utilitates & bellice Aristoteles conspiciens in septimo politico ait. Quod merito bellicis artibus uacantes: proprie sunt partes ciuitatis. & eos ueros ciues appellat. Subdit enim quod predicti bellici homines. item consiliarii: iudicarii ac etiam sacerdotes: sunt uere partes ciuitatis. Mercatores uero in quantum tales & agricole ac artifices. Mechanici & mercenarii: quantumcunque sint diuites: licet necessarii sint in ciuitate non tamen sunt uere partes nec ciues illius. Cuius ratio est secundum eundem philosophum: quia potissima causa & ratio: quare quis est ciuis aut pars ciuitatis: querenda est ex ratione totius ciuitatis. Et ratio totius ciuitatis querenda est ex fine: ad quem tendit omnis bene ordinata politia que est felicitas: uelut finis totius reipublice. Constat enim impossibile esse felicitatem sine uirtute existere: que est principium eius. Itaque non facit ciuitatem: neque eam constituit plurimos in ea simul uiuere: sed debet esse communicatio

bonarum actionum ad finem bene & uirtuose uiuēdi:
 Nec etiam constituit ciuitatem ut adinuicem uiuant .
 nec iniustum sibi fatiant: sed nec ciuitas noscit instituta
 gratia mercature: aut cōmutatiōnū: licet sit necessarie:
 sed est instituta gratia bene uiuēdi per se & suffitiēter .
 Quo fit. ut partes ciuitatis & cuiuslibet reipū. determi/
 nentur ex uirtute: que est operatio hominis uirtuosa &
 perfecta. Manifestum est autem. mercatores: agricolās:
 & mechanicas artes ducentes: nō proprie esse Ciues: neq;
 per se suffitiēter fore partes ciuitatis: quia uita eorum
 admodū uilis & abiecta est: cum non ad uirtutē dirigat
 aut ordinat homines: sed principalius ad lucrū & questū
 proprium. imo contraria est uirtuti: que fundata est in
 honesto. mercatura uero & cetera mechanicę: fundantē
 in utili. Preterea ueris ciuibus & partibus ciuitatis: ne/
 cessaria est uacatio ab operationibus uilibus. & oportet
 aliquādo intendere a cōtibus intellectualibus: & talibus
 operationibus que generant uirtutem: quod facere non
 possūt mercatores: agricolę & artifices: qui omnino sūt
 dediti artibus suis. Sacerdotes uero scđm eūdem pbūm:
 ac cōsiliatiui bellici & iudicatiui uere sunt ptes ciuitatis:
 quia non essent tales nisi in eis esset prudentia politica.
 Nam exempligratia: in bellicis hominibus ē prudētia
 per quam quis est aggressiuus terribiliū: quādo & quō
 expedit. Nā dicit pbūs ī secūdo politicoꝝ q; uita mili/
 taris multas habet partes uirtutis. & sic de cōsiliatiuis
 & iudicatiuis ac de sacerdotibus: q̄a determinant de uir/
 tute: ideo sunt uere ptes ciuitatis. **R**ursus iuestigādū
 est de nomine militis. Nomen itaq; militie quidā ideo
 appellant: q; a malo arcere solet quasi a malo arcendo
 dictos: q; malū arceāt a ciuitate. Alii uero nomen mi/
 litis grecū dicunt qđ duritiā significat: quasi eos nōn
 molles esse cōueniat. Nonnulli tamen a mille numero

militem dictum putat: quasi ex mille electus. Ex omni
igitur militie nomine atque principis causis & effectibus
facile cognoscitur: quante glorie & excellentie sit militie
uacare. Taceo de dignitatibus: de honoribus tam excel-
lentis exercitii. qui tam ingentes tamque insignes existunt:
ut eius uirtute sepe acquisita regna comparata culminum
imperia uideamus. Quo fit. ut omnis generosus animus
merito ad eam aspirare debeat. Demum uero milites
gratissimum deo holocaustum offerre possunt. & in eodem
exercitio beati: saluique fieri ualebunt. Vnde August.
ad Bonifatium: noli inquam extimare neminem deo placere
posse: quia militaribus armis ministrat. In his erat sanctus
Dauid: cui dominus tam magnam prebuit testimonium.
In his plurimi illius temporis iusti fuere. In his erat ille
centurio qui domino dixit. Non sum dignus ut intres
sub tectum meum. Et iterum Gregorius summam ait
esse militie laudem: si quidquid imperatur utiliter: ei
obtemperatur. A deo bellandi officium sine culpa est:
ut etiam sub rege sacrilego: et pagano militare recte
possit quicumque catholicus: si tamen non sit contra di-
uinum mandatum id quod precipitur. uel utrum sit:
certum non est. ut diffusius contra manicheos Augusti-
nus deducit. Hinc igitur amici & conturbules pluribus
ad me uerbis referebant: ut militie armisque exercitio
operam darem. Addebant quoniam progenitores et
sanguine coniuncti: hanc uiuendi conditionem se-
cutus non ignorabam.

Capitulum. x. de militie laboribus: oneribus atque
incommodis eiusdem uite militaris ac exercitii ar-
morum. & de particulis huius status. & de causis quibus
hoc exercitium dissuadetur.

Asfurgit mater nō pigra his auditis: & uite hu/
 ius militaris & armorum exercitū damna: in/
 commoda atq; pericula: ac si armis ipsis experta: eisq;
 rebus trita fuisset: his suasionibus relegebat. Militie
 sectatores ac arma tenētes: quod militie: quod armorū
 officium sit: ac quid sua professio postulat: animo ge/
 rere & pensare debent. Si quidē miles primo sacramēti
 atq; professionis: sibi maximū onus incumbere uidebit.
 ut reipublice tueatur: iniurias arceat. Et cum apostolo
 contentus. stipendius suis neminē concutiat. Hec ē eius
 professio. hoc officium. que si ab eo recte gerunt: magna
 sunt laude & gloria digna. Si uero ea nō gesserit miles:
 proculdubio dedecorat illa omnia. que sunt uel officio
 militis: uel eius professioni connexa. Cū igitur tutādi
 ut dixi officium militis sit: nihil tam turpe: nil tam in/
 tolerabile: nil tam perniciosius: q̄ si ipse qui defensionis
 nomen habet: uim atq; iniuriā afferat ciuibus. ne uide
 salus expectatur. inde scelus nascat. A ceteris nanq; ho/
 mībus illate aduersus ciues iniurie: detestabiles admodū
 sunt. a milite uero si inferant: scelerata ipia atq; fūesta
 sacrilegia sunt. & ut paucis uideatur quantum nefas sit
 pauperes a militibus impugnari. Hinc intelligi debet.
 quia si inopes debilesq; miles ipse despiciat: nec aliis im/
 pugnantis resistat: merito proditoris nomē incurrit.
 Quis enim dubitat: quin proditor flagitiosus ille sit: q
 rem custodie fideiq; sue commissam hostibus patefecit?
 Aut uerius ipse dirupit? Milites ergo ciuū inopumq;
 custodes: non solum officio sed fide: sed sacramento: sed
 ui atq; natura professionis ad hoc unū agendū princi/
 paliter constituti noscunt. Si ergo pauperum ciuūq;
 tutamen pretermittunt: quos potius ipsi sacrilego ex/
 pilant conatu: sūma proculdubio proditio existimāda
 est. sed tāto insignius facinus erit: si per se ciues impugnent.

que omnia an a militibus armigerisq; nostri temporis
obseruentur: facile libet agnoscere. Equidem uersum
est ad contraria modernorú studiú militum. Studēt
nanq; cui noceant: cui uim & iniuriá afferant. & que
sunt plane offitio suo aduersa: ea exercent impune.
Nec sunt contenti militiá dedecorare atq; fedare: seu
perimere eius uidelicet naturáq; uident. Obluiscuntē
siquidem sue professionis. Ad id solum tēdūt: ut satis
diuitiarum habeant. studiú lucrifaciendi captēt. mer/
caturá dēiq; exercent: que í eis sordida atq; deformis
est. qui non solum mercando aut lucricaptádi gratia
negotando: quasi quidam apostate a sua religione
censentur: sed quodámodo desertores atq; trássugere
uidentur. quia repudiata religione: turbe se ímiscunt
ac pecunie questui ítendūt. Taceo sordidiora plerq;
ab eis experta compendia. Taceo locandiq; publica
uectigalia passim eos assumere: ceteraq; uilia offitia
exercere. Taceo in nundinis tabellarios atq; numula/
rios inuerecunde plerunq; constitutos fore. qui tam
preclarum exercitiú infamare & pētus deturpare nō
uerentur. adeo: ut indigne falsoq; insignia militaria
gestent. et nitorem auri quod deferre eorum dignitas
iubet: sordido questu coínquári nō pudet. Quis igitē
ad hoc exercitium aspirabit: in quo non nisi nomen
omni nudatum effectu prohdolor remāsit? Sed hec
parua cui libet ítuenti uidebūtur: si crudeliora quedā
alia contemplat. Et in p̄mis illud Scípionis occurrit:
qđ militari uolentibus dicere solitus erat. quia pauca
unicuiq; militiam desideranti uisa sunt uite mala: nisi
militiam addiderit. quem í quietú semper uel í gloriú:
uel periculo expositum: aut contemptui deditum esse
oportet. Adde qđ apostolus ait. qa uita nostra milita
est super terram. Hác igitur cū nascendo p̄fiteamur:

35

quid alia noue militie professio e opus est? Nam ibi
fortissimū corpus ferro armat: hic animus contra dolos:
linguam: uersutias & fraudes permuniti debet. Nescio
igitur quid armari exterius iuuat: cum intus in animā
bellum sit. Nec illud diffiteor. quia plurimos militia ad
implas opes: sed & ad summos honoris status prouebit.
Sed nisi fallor lōge plures ad inopiam: ad carceres: ad
seruitutem: ad inuolentam subitamq; mortem eodem
tramite perueniūt. Nam ut laureatus inquit poeta. Ex
quo quis profiteri militia in animū habuit. nisi debo/
nestare arma uoluerit: semper aīam in manu pituram
habeat necesse est. Corpus uero non dicam in periculo
esse: sed ipsum quoq; periculum i corpore. Semp enim
aures milius ut Vegetius ait uox illa regia itonat. disce
ferre: intrepide mori. Et rursus breue sed horrendū mi/
liti prouerbiū ē. uel occides uel occideris. in hoc omne
preclarū genus militie uersatur. Adde rursus ad dissua/
sionē huius uite militans: que supra tetigimus i octauo
capitulo cū de nobilitate egimus. Has igitur pie matris
inuitas rationes cōtēplans: a secularū militie armozq;
exercitio alienū me reddere concepi. Sed ilico affinitū
amicorūq; turbā carne & sanguine ut arbitror reuelan/
tibus: ad reliquū militandi genus inermem: acerbe gra/
uiterq; urgere uisi sunt. Cum enim ut dicebant magnā
etatis ptē circa hūani iuris disciplinā expēderim: cōgruū
quinimo debitū uidebatur: ut que i theorica p̄fecerim:
ad praxim deducerem. & que studio ipso actigeram: iā
mundus ipse conspiciat. Dicebāt enim q; habens expe/
rientiam: seu operationem ut philosophus inquit etiam
sine arte magis laudatur. magis etiam p̄ficiat in opando:
q̄ habens artes sine experientia. Vt igitur in ea uel alia
uiuēdi arte utilius agerem: necesse erat uxorem ducere:
que firmat hoīes in unoquoq; uiuendi mō. & discurrēdi

per orbem occasiones tollit. Quare ad eam cōiugalem
uitam infrascriptis persuasionibus cōmonebant.

Capitulum. xi. de uita & statu coniugali in sãcto
& immaculato matrimonio. & de necessitate utri-
litate: laudibus & p̄rogatiuis uite coniugalis sup
alia uiuendi genera.

Vite cōiugalis status q̄ sanctus: q̄ immaculatus
atq; necessarius existat: nemo ē q̄ nesciat: nisi
qui se hominem ac ex uiro & femina natum ignorat.
Hic uite innocentissime status precipue iuuenibus ad/
modū expedit: ne aliēis illicitisq; libidinibus misceāt:
& bonis castisq; coniugu fructibus perfruantur. Hic
status coniugalis necessarius fuit ad cōseruationem.
sp̄etiei humãe: nam tribus euidentissimis & necessariis
causis fuit institutū. Primo p̄pter prolis generationē:
ut habeat eē naturale. item ut possit nociua obuiare.
rursus ut habeat eē uigoratū: ut possit p̄les subsistere.
& tandem ualeat sibi similit̄ generare. Secūdo p̄pter
cōcupiscentie refrenationē. Tertio propter uiri glo/
rificationem. quia ut iquit apostolus mulier est gl̄ia
uiri: quia deus dedit homini adiutoriū feminam: nō
ad carnalem concupiscentiã: sed ut haberet gloriã de
femina: cum eū imitatur in sanctitate: & prolē ex ea
generet que gloriã deo prestat. & sit ad gloriã uiri:
qui gloriatur & quodãmodo perpetuat̄ in filio: qui ē
eius imago. Ex q̄bus facile agnoscat̄: quia hec beata
coniugalis uita pro aliquo tempore magis expediens
& necessaria uidetur: q̄ continentia siue uirginitas. et
ideo preeligēda. que res agit: ut eo euētū lōge melius
sit uacare cōiugali copule q̄ continentie: uidelicet eo
tempore quo multiplicatio generis hūani p̄necessaria

Instituō
104.

ap̄t̄.

indigēt mel
lior dicitur
q̄ phari.

fuit. ut compleretur numerus electorū: quem admodū ī simili uidere libet. Nam teste philosopho ī topicis philosophari simpliciter melior est q̄ dicitur. Veruntamen indigenti necessarius: melius est dicitur q̄ phari. & p̄ t̄p̄e illo preeligiendū sc̄dm̄ Tho. R. urfus ad hanc cōiugale uitam pluriā & presertim tria inducere & inclinare hoīes uident̄. scilicet natura: recta ratio & gratia. Natura q̄dē: quia propter prolem & naturalem auuiditatē: cōseruādī sp̄tiem: & perpetuandi seipsum per filios. Demū recta ratio qua inclinatur cōiunx ad seruandū fidem cōiugi. Deniq; gratia uidelicet sacramenti. Hanc igitur uiuēdi formam beatam & gloriosam fore: nullus sane mentis ignorat. Cuius status necessitas: utilitas & sanctimonia: ex multis colligi possunt. sed precipue ex decem eiusdē status excelsis laudibus & mirificis p̄conis. Prima igitur eius excellētia instituentis est excelsa auctoritas. Nec enim istum sacratissimū ordinem aut Augustinus: aut Hieronimus: aut monachorū pater Benedictus: sed deus ipse ore factoq; instituit. Secundū preconium ex loci prerogatiua pendet: cum in paradiso institutū recta fide credāus. paradiso inq̄ terreno & celesti: quia ut sācti tractatores aiunt. misso sopore: Adam raptus est in spū: & ut aiunt curie celesti interfuisse credit̄: itiq; uirtutes tanti sacramenti plene cognouit. Deniq; tertia dignitas erat: uidelicet institutionis eius antiquitas. Quarta excellentia est unitas duorū in uno corpore. quia scriptū est: erunt duo ī carne una. Quinta temporis excellētia. quia in statu inocētie: quādo nec peccati queuis rubigo initium sumpserat. Sexta dignitas ex eo colligitur: q̄ hūc solum ordinem tanq̄ immaculatum: deus ip̄e saluū fecit indignationis atq; diluuii tēpore: quo fornicatores omnes utriusq; sexus eterno aquarum uoragie deleuit. Septimo gloriosam uirginē deus delegit hunc ordinem

.No. 7. la
matino

hunc ordinē assumere. Et quanq̄ uirginitatē uouisset:
matrimoniu uerum sacramentum nō respuit. Nec parū
uidetur preconium matrimonii: cum dei filius tam diu
distulit carnem suscipere humanā: quo usq; uirgo beata
sub matrimōio foret legitīe cōstituta. Octaua dignitas
coniuualis ex eo constat: q̄ xpc hoc matrimōiu sacra-
mentū nō modo sua presentia: sed miraculo illustrauit.
ut Iobānes refert euāgelista. Nona excellentia patet.
quia ex eo uniuersa fuit propagatio humani generis.
Quinimo ut inquit Hieronimus cōtra Vigilantium.
si uirginitas laudatur: cur matrimoniū nō uehementer
amatur: ex quibus uirgines procreātur? Decimū a liud
matrimonii preconiū non inferius aliis omnibus uidet:
quia carnis copula que sine illa mortalē generat culpā:
eius uirtute nedū a peccato immunis: quinimo plerunq;
meritoria efficitur. Adde. quia matrimoniū non solum
mundū: sed paradisum replet ut inquit Ambrosius. per
quod scelera pene infinita: incestus: multa deniq; scelera
uitant. & ingentia bona querūt. Ex his igit a cōtinētes:
me ad coniualem uitā cogere quodāmō conabant.

Capitulum. xii. de oneribus & incommodis: & la-
boribus plurimis uite cōiuualis. & de causis ppter
quas non expedit uxorem ducere.

Flucluat ubiq; animus: sed ad me uersus pie
matris cōsiliū petiturus accessi: an igitur uxorem
ducere cōsulebam. Illa uero que ut sepe postea retulit:
diuturnas pro me lacrimas & uota sua altissimo dederat:
ut ī suam me fortem traheret: tanq̄ rabida quedā leena
longe cōtranū suadebat. quūmo ne incautus: tā iminēs
naufragiū subirem pie rogabat: atq; seuerē cōmōebat.
Dicebat enim. mariti nomē licet dulce plurimis: tamen

erum nisi fore refertū. Quis. n. inquit onera matris non facile ferre potest? Quis quarundā uxorū insolētiā? Quis pompas? Que si pauperes sunt: facile ab hōibus contempnunt. Si diuites. dotēs eas tumidas: genus insolētes: forma uero suspectas reddit. deformitas quoq; reddit inuisas. Quarum lingua ut Plutharcus uoluit nil pernitiosius: quā audacia nil p̄digiosius: quarum improbitate nil in exequabilius cogitari potest. que iurgis & contentionibus obtundūt uiros. Semper. n. conquerūt. semper exprobat. semper insidiant. Et ut Cato dicebat. quos cōiunx diligit: illa odit. Eis enī cū cetera desinit: nunq̄ tamē lacrimę: gemitus atq; suspiria: ut faustis suis fiat satis. ornamentorum uero ābitiōe adeo ardent: ut cunctas opes labefactent. miserosq; cogunt maritos in questus: in dirā prodire scelera. Et quod periculosius est omnīū. qui uxorem duxit: cum apostolo que mundi sunt cogitat: & effeīnatos uirosq; animos: & ab omni speculatiōe reddūt penitus aliēos. Taceo tandem quot ī maritos fraudes exercent: quot simulatiōes: quot proditiōes. quot plerūq; suppositos partus: quot mentitas enutritiōes: quot aliēi seminis susceptas messes. Et ut facete & ppulere quidā sapiens dicebat: & ridiculum magis est. lugēt postea inocētes mariti. has sibi extinctas uxores laudant: predicant in urbibus quasi pudicas. quarū impudicitia corda eorū uulnerantur. Coguntq; honoris non perdendi gratia recte mentiri. Quod si dotem amplam quis cū uxore assequitur: tanto superbior efficit. Duo certe supbie stimuli sunt cuiuslibet uxoris: forma & dos. Mulier enim bene dotata: mariti domina. uxor non est. nil sibi illicitū putat: que suas opes quotidie mariti cōpat egestati. & que uirū pascit: dnām se putat. nō solā. Vnde recte dicebat quidam sapiens. quia unde dos

Plutharcus.

Duo supbie

ingreditur: inde libertas. inde uerecūdia. inde obediētia
egreditur. Ligurgus enim recte leges fecit: ut mulieres
indotate nubere: ne pecunie potius q̄ uxores eligerēt.
At si pauperē quis uxore ducit. nō unius diei: sed totius
uite hospitem forte hostē compat. Et ut paucis multa
comprehendam. qui uxorem ducit: cū apostolo cogita
que mundi sunt: & quomō uxori complaceat: cui dum
quis placet: sibi atq; aliis displiceat. iūtilisq; sit oportet.
Econtra qui sine uxore est: aptior efficitur ad ea que
dei sunt. Vnde Augustinus cum in soliloquiis non tam
sibi q̄ nobis loqueretur. Nihil enim inquit sentio quod
magis deiciat aīnū uirilē: q̄ blandimenta fēie. corporisq;
ille contactus: sine quo. uxor haberi non potest. Hinc
Hugo de sancto uictore. Non est uxor ducēda uiro
sapienti & literis dedito. Primo quia studiū sapie ipedit:
nec pōt quis libris & uxori piter seruire. Demum multa
sunt que matrōnarū usibus necessaria sunt. Alterius. n.
amorem: suū suspicatur odiū. Rursus actende q̄ nulla
est uxoris electio: sed qualis aduenit talis est ducēda.
Si iracunda. si fatua. si deformis. si superba. si fetida. cu/
iuscūq; uici ē: post nuptias discimus. equus. asinus. canis.
& uilissima mancipia prius probantur. Et iterum idem
Hugo. nō est quieta uita hominis: quā inquetat uxoris
suspicio. sollicitat ancillaꝝ sumptus. conturbat filiorum
peruersitas. Qui igit prudens est: uitabit ea oīa p̄mpta
pericula: que ex nuptiali uita prouenire solent. Et licet
fatendum sit teste Augustio: q̄ actus cōiugalīs bonus
sit: continentia tamen melior. Habet enim status con/
tinentiū supra statū coningalē sex coronas p̄eminētie.
Primo quia cōtinentis habet maiorem dignitatē. pro eo
q̄ per continentiam hoīes assimilantē angelis. Secūdo
maiorem puritatem. trahit enī spūs per actū cōiugalē
ad immunditiam carnis: & efficitur quasi caro. Tertio

habet maiorem libertatem. quia uir non habet potestatem sui corporis: sed uxoris. & econuerso. scdm apostolum. Quarto habet maiorem utilitatem. quia qui uxorem habet sollicitus erit: quomodo placeat uxori. quare diuisus est. Quinto habet maiorem sanctitatem. quia coniugati tribulationem carnis habent: & impulsione maiorem quam non coniugati. Sexto habet maiorem utilitatem. quia maius premium: & maior fructus sibi debet. Merito igitur sapiens uir continentium sanctissimum statum prelegit. Que omnia attendentes sapiens: ac humani iuris interpreter: non insulse coniugio carnali spirituale conubiū pretulere. ut uidere libet in statu continentium: & eorum qui in ordine ecclesiastico in hac terrena uita militat. ut tandem in supernis triumphent. Aiunt enim idipsum spirituale coniugium non solum dignius esse quam carnale: sed honorabilius atque fecundius: sed & securius & fortius. His itaque auditis quippe a matre presertim cum fletibus expositis: decreuit a coniugio paulisper subsistere. Verum continentis & amici si pro tunc matrimonii onera subire non placebat: ad publica me saltem transferrem officia. Et presertim ad iudicandum populos: presidendum urbibus: his suasionibus commonebant.

Capitulū. xiiii. de magistratu iudicū. & de officio & munere iudicandi populos & presidendi ciuitatibus. & de laudibus huiusmodi officiorum & commendatione talis exercitii.

Prefecture atque iudicandi munus: quod necessarium uite humane: quod excellens & preclarum sit exercitium: & a cunctis mortalibus honori habitum: nemo est qui nesciat: nisi qui legibus subici recusat: aut alienis iacturis ditari peroptat. Ut enim Hieronimus ait. nisi

in hōis fuit
ut gñm dñi.

primus homo imaginem dei in se peccando uolasset:
nequaquam homo homini subiectus esset. nec alius alium
iudicasset. fuisset enim sibi unusquisque iudex. Nam a
principio non dixit deus homini ut presit hominibus:
sed dominamini inquit piscibus maris & uolatilibus
celi ac bestis terre. Postquam uero peccatum inter homines
inualuit: iurgia. rixae. bella. & semina discordie crescere
ceperunt. Fuit igitur necessarium ad comprimendum ini-
quorum cupidines & uolentias: ut diuina prouidentia
homo homines iudicare possit. ut quos natura ipsa aut
amor ad bonum non prouocat: saltem timor hominis co-
berceat. Et hoc est quod alibi ad eundem sensum Aug.
ait. quia cum populi multitudo ab his qui maiores sunt
opprimere: expediens admodum fuit ad aliquem confugere
uirute & auctoritate prestantem: qui iniurias cohiberet.
& summa infimis pari equitate coequaret. legumque trans-
gressores puniret. Qui apud quosdam magistratus: apud
alios presides: alibi pretores siue potestates. communius
uero iudices a iudicando appellati sunt. Hi apud gentes
plurimum honorabantur. de quibus Valerius ait. quia Apollo
requisitus de iustis magistratibus: respondit se nescire. utrum
deorum numero: an hominum aggregari deberent. adeo
enim hoc exercitum illustre apud eos fuit: ut illud omni-
potentatui preferrent. Quid enim teste Cicerone praclarus
dignusque iure inter mortales exercitum excogitari potest.
quam unum hominem in re publica reperiri: qui communi utilitati
seruiat. qui communia pro suis: sua pro communibus habeat.
qui uelit & sciat personam ciuitatis gerere: dignitatem:
decus sustinere. legesque obseruare. iura tueri atque exequi:
& postremo cuncta que ad rem publicam pertinent fidei sue
commissa meminisse. Magistratus siquidem atque iudicandi
potestatem habentes: non modo terrenorum principum
aut populorum: sed immortalis dei auctoritate & uice

fúgunt. Est enim latissima eorū potestas & iurisdictio: ueluti qui uite simul & necis hominū domini penitus cōstituti sūt. Hinc apostolus dicebat. qui me iudicat dominus est. Hi ergo iudices atq; prouinciarū p̄tates atq; rectores cum recte agunt: deo pariter & hōibus acceptissimi sunt. Scriptum est enim. Beati q iudiciū faciunt: & iustitiam in omni tempore. Et iterum per sapiētē. qui custodit & iudicat iustitiā: ip̄e exaltabit. Nec modo í eterna uita eorū exaltatio erit: sed í hoc seculo sublimatur. De quo per eūdem sapiētē dicit. iustitia eleuat egentem. Vnde & noster Ysidorus. Magna est inquit laus recte iudicantis. q̄ sicut nocere ciuibus nescit: ita prodesse omnibus nouit. Aliis enim prestat censuram iustitie. alios bonitate iudicii sine personarū acceptōne suscipit. non infirmat iustitiam auaritie flāma: nec studet auferre alteri quod cupiat. Et subdit hi sunt ueri iudices. q̄ sicut de iusto iudicio ditari non appetūt: sic eterno p̄mio coronant. Demū uero iudices si locupletes fieri peroptāt: id q̄ facile eis sit: nemo ambigit. Nam qui ciuili auctoritate & potentatu fungūtur: paruo temporis compendio lōgas consueuere congregare diuitias.

**Capitulū. xiiii. de oneribus & laboribus & incō/
modis prefecture: et iudicature & presidentie í
populis. & de periculis huiusmodi exerciti.**

Sed post huius exerciti laudes: uidelicet iudi/
cādi & presidendi honorē tátopere cōmēdatū:
ilico mater bona illius status prementia onera: atq;
aperta picula enarrabat. que tot sunt ut uix enarrari
queāt. In p̄misq; ueniebat í mentē qđ sc̄ptū sepe au/
dierat. Noli fieri iudex: nisi uirtute ualeas rumpere

iniquitatē. Qui se igitur talem extimat: uanus est aut
temerarius. Deniq; inter cetera: q̄tuor pericula iudicātē
comitantur. que omnia uel alteꝝ uitare difficulter q̄sq;
mortalitū pōt. Primū siquidem periculū ex eo maxime
imminet: quia plerunq; ex causaꝝ multitudie defectus
accidit. solite discussio nis. quod utiq; periculum cauens
Beatus Iob dicebat. Causam quā nesciebam: diligētissie
inuestigabam. Super quo Gregorius ad proferendas
sentētias uideamus. ne unq̄ precipites simus. ne temere
indiscussa iudicemus. & quelibet audita mala statim
ueant. Secundum iudicis periculum sequitur: affectus
uidelicet atq; inordinata passio. que tanto certius eos
comitantur: quanto difficilius ab eo seperantur. Vnde
Augustinus quasi pro quodā miraculo narrat Alipium
collegam suum: nullo affectu. odio. timore atq; p̄mio
iustitiā subueruisse. Tertiū iudicis periculū paratur ex
obliqua intentione: aut iniusto animo. Vnde scriptum
est. quod iustum est: iuste exequaris. quasi dicere uelit.
nō ē satis iudici iusta discernere: sed necesse est si piculū
uitare cupit: ut iustia iuste decernat. id est recto animo
agant ea que leges iubent. Narrat siquidem Gregorius
quendam sanctū uirum uidisse iudicē: quē cognouerat
in locis teterrimis magno pondere ferri ligatū. a quo cū
quereret: quid nam hoc esset. Respōsū est. quia eo solo
ea patiebat: quia cum iudex esset: si quid pene atq; uī/
dicte etiā scđm leges alicui uiuens inferebat: plus tamē
crudelitatis desiderio q̄ publico zelo mouebat. Quartū
piculū iudices cōtinue tēptat donoꝝ uidelicet & mūerꝝ
cupiditas. Quis enim ille ē: de quo uere dicere possimus:
qui discutit manus suas ab omī munere. Hic in excelsis
habitabit. Ea siquidē picula tanto iudicibus p̄mptiora
sunt: quāto difficilius euitant. Vnde Ysidorus. Multi
tribunal ascendūt: sed rari iudices inueniunt: q̄ populos

in iudicē p̄mptū.

*in iudicē. et
ni.*

legum moderamine regāt. Et si cetera ad hoc uitandū
 periculū persuasione desint: illud petrarche occurrebat.
 quia iudex ipse populorum honorato quodam exilio
 damnatur: dū otiū domesticū cū externa sollicitudinē
 permutatur. A mara certe & turbida iudicum fors est.
 habent enim domū non modo muneribus apertā: sed
 & litibus. silentio uacua. querimonis plenā. iurgiusq;
 refertam. Quidq; languidū: quidq; egrotū ī puitie
 seu ciuitatis uisceribus latet: totū sibi tractandū curā/
 dumq; reseruat. Vnde Plautus ille comicus durum
 admodū opus dicebat multos corrigere. qđ hīc patet.
 quia sese corrigant paucissimi. Adde illud Plutarchi
 preclarū exemplū. qui cū iudex eligeret: renuit dicēs.
 quare sic iudicabo: qđsi statim ab aliis iudicandus. nec
 modo ab hominibus iudex ipse iudicatur. Quippe in
 quem totius populi oculi uertuntur: sed durius a deo
 sūmo oīm iudice iudicari tīet. dicēte sc̄ptura. Iuditiū
 durissimū his qui presunt. Postremo pudor est q; iu/
 dicibus & magistratibus pudor nullus sit his p̄esse:
 q̄bus subeē dignus fuerat. Cū igit̄ talia docta mater
 recoleret: omnem iudicandi ambitū manu quadā ab
 animo erūpere uisa est. Sed dū iudicandi tribunalia
 tantopere abhorrerem. ad cetera reipubli. honesta &
 publicata munera condescendere: & presertim officiū
 cōsulū. ciuitatū. quos appellamus rectores cōtribules
 ipsi his suasionibus hortabantur.

Capitulū decimū quintum de exercitio & officio
 cōsiliario: principū & urbū & prouinciarū. & de
 utilitate: laudibus & p̄coniis huius mōi uiuēdi.

Magna semper reipub. cōsulendi auctoritas fuit.
 Consules enim siue cōsiliarij a cōsulendo recte

dicti sunt: quorum providentia respub. regitur. eorūq;
consilio aduersa ciuitatis pelluntur. quies eius atq; trā/
quillitas eorum studio & industria comparat. Estq; eius
generis officitū ipsum: ut altissimo deo continuū obsequū
& reipub. presiditū afferat. Vnde Augustinus de uerbis
domini. nec utiq; rempub. gerere criminofum ē. Sed tūc
demū illicitū est: si ut diuitias priuatas augeas: rempu.
administras. ut enim inquit philosophus. nil tam utile
est ciuitatibus & regnis: q̄ studiosorum habere consilia.
Quorū officitū ut ait Tullius ē utilitatē ciuū sic tueri:
ut quidq; agant: ad rempublicā referant obliti cōmo/
dorum priorū. Quid enim est dignius: quid reipub.
utilius: quid deo acceptius: q̄ rempub. pacatam quietāq;
tenere. & cōsilio plerunq; explere? qđ armis & multoꝝ
cedibus effici non possit. Nam ut inquit Tullius: non
uiribus aut uelocitatibus. aut celeritate corporis res magne
gerunt: sed consilio & auctoritate & sciētia presidētū.
Consiliarū enim rerū publicarū plus agunt: q̄ qui corpa
iaculis hostium exponunt. Similes enim sūt guberna/
toribus in nauī. qui longe plus agunt nauē dirigendo:
q̄ ceteri aut nauigando. aut pugnādo. Vnde & ī bellis
parū profunt arma: ubi non est cōsiliū ut ait Tullius.
Philosophi enī & consilio uigentes. plus consilio ī bella
paceq; egerūt: q̄ armis. Vnde sapiens ait. Cū dispositōe
consiliū inicitur bellum. & erit salus ubi multa cōsilia: A/
lexandrum quidē eo potissimū tam ingentes uictorias
obtinuisse legimus. quia cōsiliarus bonis cūcta agebat
ut inquit Trogus Pōpeius. Et propterea cōsiliarū p̄n/
cipum. necnō consules & rectores prouinciarū. urbium.
magno semp̄ honori fuere. & patres patrie recte ab an/
tiq; appellabāt. Ad hoc itaq; exercitiū. & uiuēdi formā.
aīa & conribules his & plurimis psuasōibus me trahere
moliebantur. Addebant preterea hunc uiuēdi modū

genitorem meum: ueluti honestum & sine crimine delegisse. Nec erat inconueniens filium laudata honestaque patris exercitia ac uestigia imitari.

Capitulum decimum sextum de laboribus: oneribus et incommodis consulum siue consiliariorum: & rectorum urbium & prouinciarum. & de periculis huius status.

Sed uix amici uerba finierant: qui officium consulendi in ciuitatibus tantopere collaudabant: & ecce mater anxia occurrit et plurima nedum onera: sed incommoda et pericula huius uite & exercitii prudentissime relegebat. Sed inter cetera id Catonis commemorabat. quoniam difficillimum est quempiam sic reipublice consulere: ut possit simul & placeat. sed longe difficilius est: ut sit ei in uerbo ueritas. in consilio fidelitas. commissis silentium. in imperando suauitas. & tandem euentum non uitas: sed fortuna moderabitur. Iterum illud Platonis in reipublica. occurrebat. Parua inquit ciuitas egre regitur. Magne uero urbes difficiles regimine existunt. Quare qui ad huiusmodi ministerium suspirant: necesse est illud Lactantii fateantur. parum est inquit nobis domesticarum curarum: qui publicas adoptamus. Deique quos putat consules ipsos uel consiliarios a principibus uel populis amari: quos potius grauant quam iuuant. Quod si extrinsecus honorari a populo cernamus: labis credo. cor autem singulorum ciuium longe est ab eis. & pauperum presertim: quos durissimis exactioibus deuorant. Sed & si a populo pro aliquo tempore amari colique eos uideamus: in mente ueniat. quos populo scipionibus carior fuit? Quis Camillo? Quis Rutilio & Metello? Quis Salo greco? Quis Hannibale? Quis Ligurgo ad quos amor ingens atque ardens feruor fuit popularis? Sed

ilico in odiū. i. cōtemptum uersus est. Quorū illa fuere
premia. fori uidelicet labor. iuria. accusatio. mors. ex/
iliū. carceres. Sed certe illud Catonis preclare dictum
est. quia inter ea que prospera fortuna largiri uisa est:
nil tā pestilens tanq; inconstans: q̄ populi fauor: cuius
ad posterossū est a hereditas est. Adde. quia cum ad hu/
iusmōi cōsulendi munus: nō nisi iurisiurandi sacramēto
accedant consiliani & rectores totiens degerare uident:
quotiēs senatū ingrediunt? Rursus cū iuxta Ciceronē
eos qui de repub. consultant ab amore. ab odio. ab ira. a
timore. liberos esse oportet. Vix aut raro cōtingit cōsi/
liarios. consules urbiū & rectores: ab his passionibus fieri
alienos. Deniq; q̄utiles in consulendo repub. existant:
instis ille euentus demōstrat. quia respub. plurimū eoz
crudelissimo aut inertissimo consulatu in dies paupior:
illi uero ditiores euadūt. Nec alius opus est testimonius:
preter id quod in faustis atq; infelicibus nostris diebus
cernimus. quia ea ipsa cōsulendi officia atq; gubernādi
rempub. munera. non ut olim inuictis delata uidemus:
sed potius a sollicitatibus ablata. Et qđ maiori merore
refertur: ea ipsa officia quibus pauperes opprimūt: non
paruo pretio emunt. Difficile nanq; & praz intuemur:
ut que magno exoptant affectu et longo queruntur
labore: liberaliter impendātur. Et ut paucis agā. lōge
difficilius erit: ut que multo cōpantur auro: sine auro
reddantur. Hi ergo non tam consulunt q̄ cōsumāt. nō
tam regunt q̄ premunt. non tam p̄regūt q̄ ledunt. de/
fendunt ut ipsi inquirunt repub. Sed fateor. ab aliis
& non semper: sed a seipsis minime: ueluti q̄ ciuib; gra/
uissimas imponūt collectas. non i repub. exoluēdas:
sed sibi imburseandas. Hi consules dicunt a consulēdo
non repub. sed sibi. gaudent consiliari & consulis noīe.
a cuius re & effectu plurimū sūt aliēi. Pauperū domus


92

euertunt: ut suas construant. miserorū casellas agros
atq; predia subhastant: ut ipsi uilius emant. culpeq;
proximus est: qui eos in licitatione uicerit. Hec fili
mi inquit mater optima exercitia. studia desideriaq;
sunt consiliatorum. consulum atq; rectorū pestiferi
nostri tēporis. ad que tuipse conspice: si libet aspirare.
Materna igitē mōita adeo uisceribus meis ifixa fuere:
ut ad huiusmodi consulendi ministerium nullo pacto
aspirarem. Sed ilico patruelles: atq; sanguine & amore
coniuncti sese ingerūt: ut aliud uite genus assumerē.
quod ut dicebāt a cūctis mortalibus uirtutis. honoris
& gloriæ cupidis semper exoptatū est: uidelicet tāq;
aduocatus patrocinādi exercitio uersari. ad quod his
suasionibus cōmonebant.

Capitulum decimū septimū de iuris peritis ac de
aduocandi et patrocinandi officio in iudicio et
extra. & de laudibus iuridice scientie ac necessi/
tate & utilitate huius scientifici & artificiosi ex/
ercitii. & quomō supplet nature defectus.

Patrocinari in causis ac ī iuris humani subtilibus
disceptationibus uersari. semper laudabile in/
signe q; exercitiū fuisse nemo ambigit. Ea enī officia
ut Salustius ait honestiora apud omnes habita sunt.
que ingenio. que intellectu: que deniq; eloquentia ac
dicendi suadendiq; artificio constant. Sic ergo iuris
disciplina honesta sancta & pernecessaria uite humanæ
extitit: & ob eam rem omni tempore plurimū fuerit
commendata. Eadem ratione disciplinā ipsā sectātes
qui iuris periti seu consulti appellati sunt: utiliter ac
laudabiliter & necessario utuntur iuribus humanis: que
non nisi ad lites inter homines dirimendas: amicitiaq;

atq; ipsam rempub. augendā instituta sūt. Hinc Iusti/
nianus ait. aduocati q̄ dirimūt ambigua facta causarū:
nō minus prouident humano generi: q̄ si preliis armisq;
parentes patriāq; saluarent. Et alius sapiēs magna cō/
mendatiōe dignos eos facit: qui quod iustū. quod bonū
quod equū est: hominibus persuadent. Est ergo huius
exercitiū honestas atq; necessitas admodū manifesta. sed
& utilitas publica manifestior. Quātum uero in eodem
nobili exercitiū priuate sit utilitatis: nemo ē q̄ ābigat.

 Habuit tamen inuidos omni tempore hoc scientificū &
honestum exercitiū. nōnullis enim non satis: nec recte
intelligentibus uisū est leges ipsas: atq; legū īterp̄tes: &
iurisperitos cām dare litigul. illaq; q̄maxie īterire. ī quos ^{in ueritate}
pulcre Cicero in eis quos de legibus edidit libris iuebit.
ait. n. uerius ignoratiō nē legū: occasiō nē litigul parare.

Ignorantes enī leges: uoluptates & appetitus suos putāt:
& optāt legibus iuari posse. quare inq̄ Cicero cū cōs
consulūt. an sit lex: que suo possit suffragari appetitui
aut cupiditati. quo fit. ut ipsarum legū ignorantia non
iurisperiti: uiam litigul p̄stent. Adde aduersus iurisperitos
aliam non minorem emulatiō nē. nōnulli enim p̄suasū
habent id: qđ ex ipso exercitiū laudato cōpat̄: improbe
atq; illicite fore quesitū. Plane nō ita sentiebāt āt̄qui
philosophi: & sapiētes. sed nec catholici tractatores. qui
in cōstituendis determinād̄isq; hominū desidiis: iudices:
testes. & aduocatos assistere decreuerunt. solis tamē iu/
risperitis licitum esse uoluerūt: suū consiliū iuste uēdere
potuisse. Cuius inter ceteras illa a phō ratio assignatur.
quia iudex ip̄e & testis: communes sunt persone. & pro
utraq; parte constitute. Aduocatus uero alteram tātum
fouet partem. a q̄ licite honesteq; salariū exigit. Huius
preterea nobilis ac scientifici exercitiū excellētia: ex plu/
ribus illustratur effectibus. Est enī mortaliū hominū

(in nouo
no 13)

desideriū ut ad id potissimū tendat eodem phō teste:
 ut ueritatem agnoscat. Quare ad ipsum in rebus agi/
 bilibus auidius humana properat inquisitio: presertim
 cū ob eas hominū cupiditates. que a uero. que a iusto
 plerunq; diuertere cogunt. propter rerum humanarū
 uarietates. difficulter quidem ueritas ipsa & iustitia
 agnosci potest. Hinc per Ysaïam prophetam de hu/
 mana iustitia dicit. tanquam pannus mēstruate uni/
 uerse iustitie uestre: ut humanam iustitiā difficulter
 actingi et cognosci posse liq̄do demōstraret. Auarius
 enim q̄ iustus homines litet & iurgia mouent. Quia
 ut inquit sapiens. deus fecit hominem rectum. & ipse
 immiscuit se infinitis questionibus. Fuit ergo necesse
 humano generi iurisperitos cōstituere: quorū industria
 & expectata iurisperitia eas sine bellorū fragoribus.
 questioes decideret: quas humana peruersa q; auaritia
 actulit. Laudātur igitur plurimū atq; merito diuersis
 honorum titulis illustrantur iurisperiti: qui ueritatem &
 aperiunt: & inter hominum cupidines per sue scientie
 coniecturas & regulas. quid uerū? Quid rectum? Quid
 iustum sit explicant. docent atq; e tenebris ad lucē usq;
 deducunt. Quorū tanta uis est. ut nōnūq; eas ueritates.
 quas uel natura. uel industria. uerius astutia humana: i
 damnū simul & penā peccati humani generis occultas
 fecerit. ipi iurisperiti sui ingenu subtilitate ad republ.
 quietem atq; nostram commoditatem reuelent. Plurie
 siquidem ueritates icognite: plurime iustitie impunitē
 manerent: si iurisperitorū cessaret sapientia. & sua que/
 rendarum rerū. studiosa sagacitas contemptui. aut nō
 usui haberentur. Deniq; nemo unq̄ dubitauit uerum et
 iustum multo esse meliora q̄ falsū & iniustum. Esset enī
 rationi dissonū: si uerū a falso. iustū. ab iniusto uiceret.
 Quod utiq; funestū in repu. sepe accideret: si iuriscōsulci


(sapiens)

deessēt. Quorum id precipuū studiū est. iustū ab iusto
falsum a uero discernant. Rursus q̄necessarium humāe
reip. hoc exercitiū fuerit: ex eo patet. quoniā ut philo/
sophus inquit in ethicis: sunt nonnulli homines pessime
quidem psuasibiles: qui nō facile credūt: nisi certissima
uideant signa. aut fortes habeant psuasiones. Aduocati
igitur plurimū sunt commendandi: qui uirtute scientie
iuridice certissimas uel p̄p̄i quas: imo fortissimas psuasiōes
eliciunt: & illa iudicibus suadent. ad iuuandā innocentā.
& rēp̄mendas puniendasq; uiolētias & iniustitias. Vnde
Cicero hanc iuris disciplinā extollens hec inquit ad oēs
res priuatas atq; publicas tuendas instituta est. Et itez
hec ars tuta est. hec hōesta. hec illustris. qua sepe multe
respub. salue facte sunt. Deniq; ut ph̄s uoluit. omnes
artes inuente noscuntur ad sup̄plendas hūane nature
defectus. ut libet exēpli gratia unū inserere. natura enī
ipsa lapides ligna atq; ferrū producit: sed minime domū
efficit. quare recte & necessario ars edificandi inuenta
est: que id ipsū supplet quod natura defecit. Simili mō
natura parens lanam & linum: sed nō uestes producit.
salubriter ergo atq; necessario artes texendi. atq; suēdi
inuenta sunt. Natura ergo q̄q̄ homini instrumenta lo/
quendi dedit: nō tamen uirtutē tribuit persuadēdi. Sed
arte effectum est: ut homines studio ipso atq; mirabili
artificio ut quadā dicendi cōsequantē: cōceptus uidelicet
suos imp̄mere posse eudientiū animis. sicut natura mīme
dedit homini uim discernendi congruū ab incongruo:
nisi per grammaticę scientiam. nec uerum a falso: nisi per
dyaleticā. Licet dederit instrumentū cognoscendi uerū
a falso. uidelicet loquelam et intellectum. Oportebat
ergo pro conseruatione humane uite: & tollendis inter
homines desidiis. ut nature huius defectus suppleretur.
per iuris peritos: qui ipsum iustum et rectum iudicibus

persuadent: scđm traditas legislatiōes. & nōnunq̄ iustū
 & rectū distinguant. limicent & moderentur: scđm par/
 ticulariū casuū occurrentias & legislatoris mentem. que
 omnia perirent: nisi iurisperiti essent qui ea hōibus
 suaderent. Ec ut paucis agamus. sūma est excellentia
 huius exercitiū: quo ipsa uniuersalia statuta humana
 que generalibus atq; indeterminatis uerbis statuun/
 tur: lucidius intelliguntur. Nam per iurisperorum
 subtilem & ingeniosam applicationem dictarū legum:
 ad causas particulares mencē legū interpretantur. Et
 tandem uero per hoc nobile aduocationis officium:
 infontes defenduntur. oppressi releuantur. & ut paucis
 multa comprehendamus. iustitia periret: si deesset qui
 iustitiam allegaret. Ex quibus facile cognoscit: q̄ca
 sit huius exercitiū honestas. quanca necessitas. quanta
 deniq; utilitas. Sed uix affiniū et amicorum sollicita
 instantia uerba finierant: cū mater clamitans dicebat
 illud sapientis. Fili mi si te lactauerint peccatores:
 ne acquiescas. Et tandem aduocatorum uitā ac ex/
 ercitiū eorumq; apta discrimīa & picula sequētibus
 uerbis dissuasit.

Capitulum decimooctauū de incommodis et
 oneribus exercitiū iuristarū & artis aduocationis
 in causis & iudiciis. & de periculis huius status &
 modi uiuendi. & de damnis que ex illo ueniunt
 reipub. et an litigia nutriant̄ ex aduocatorum
 copia. & an humana iustitia potest impleri in
 iure naturali.

Iurisperorum eorū presertim qui forēses causas
 agunt in iudicio quos aduocatos uel causidicos
 appellamus: q̄ sit damnosū periculosumq; exercitiū:

nemo apertius q̄ aduocatus ipse unq̄ intellexit. Sed et
quantū hominibus sit iūtile quippe & perniciosū nemo
rectius agnouit: q̄ qui pro eius infortūio aduocato in/
dignit. Huius exercitū damna: discrimīa atq; pericula:
non facile enarrari possent. Ex multis autem pauca
quedā in mediū adducēda decreuimus. In p̄mis naturā
artis atq; exercitū cōsiderare oportet. Est .n. eius generis
patrocinatio in causis .q̄a difficile est aduocato & cau/
sidico unū iuuare: quin alterq; ledat. Cui pulcre Ambro.
dicere uidet̄. qui non potest alteri subuenire: nisi alter
ledatur: cōmodius est neutrū iuuare: q̄ grauare alterum.
Vnde super illo uerbo impio prebes auxiliū Augusti.
inquit. callidi argumentatores. & iurisperiti fallaces dū
cupiunt ditari: uix preuaricationis periculum fugiunt.
controuersias actio nesq; causas. cōtra ip̄a iura uertūt.
& ut aduersarios coherceāt: iussioibus legū ad illudēdos
iudices: exquisitis exemplis multiplices intellectus: et
cauillosas a legibus elitiunt coniecturas. Quid igitur in
eis laudem non facile inuenio. uendunt enim linguam 
suā que spiritus sancti donū est. Qua de re Augustinus
de se ipso in libro confessionū loquens ait. placuit mihi
subtrahere misterīū lingue mee a mundanis loq̄citat̄
mee: ne ceteri mei exemplo: iam non legem domini: sed
forensia bella mercarentur: & ex ore meo arma furori
suo accōmodarem. Rursus nō illis puto assentiēdū qui
negāt causidicos lites nutrire: sed potius prescindere cō/
tendunt: ex Ciceronis uerbis argumētum sumentes. que
recte intellecta eos ledūt. ait enī eos qui leges ignorant:
uoluptates & appetitus suos putāt legibus iuari posse.
& inde legū peritos consulunt: ut eis dicāt appetitus suos
legibus sequi posse. Sed ea uerba qd aliud sonare uidēt̄:
q̄ aduocatos lites gignere? Dum uoluptuosos & cupidis
hōibus suadēt legibus posse explere: que leges ip̄e uetāt.

Quis enim tam amens est: qui leges iustas asserat iurgia
 nutrire. quas dicit Cicero in eodem de legibus eē uictorū
 emendatrices: uirtutūq; commendatrices. Sed ex mente
 Ciceronis elici posse: non leges sed legibus abutētes qui
 sunt legis: lites nutrire & educare p̄spiciū est. Qui ut
 nascantē lites: spem uictorie uictis p̄mittūt. adducētēs
 innumera fallaciarum repagula: & astutiarū obstacula
 scđm Polieratū. Qui enim cecus nō est liquido uidebit:
 quia non hominū negotia: non cause: non cōtrouersie
 suscitāt aduocatos. q̄nimo ut oculis cernimus: aduocati
 ipsi causas gignūt. litigia suscitant. cōtrouersias fouent.
 imo mouent atq; nutriūt. Prebeant huic ueritati testi/
 monium ea loca que certe beata dixerim. ubi si desunt
 aduocati: ibi cause ipsa quoq; litigia desunt. ubi uero
 aduocatorum turba strepit: ibi litium anfractibus tota
 ciuitas ardet: nec domus aliq̄ a litigio uacat. Vidi ego ī
 germania urbes q̄ plurimas populatissimas quidem atq;
 optīa politica gaudentes: in q̄bus cuius unus iurisignarus
 in decidendis causis penitus inexpertus: totius ciuitatis
 causas breui momēto pacifice & incredibili silētio termina/
 bat. ubi nec assistētia erat aduocatorū: nec allegationū
 ingeniosa altercatio. Stupenti igit̄ mihi atq; querenti:
 cur in tāta urbe tā parue atq; perpauce cause agerentē.
 qd ue cause erat: q̄ nullus ibi aduocatus adeēt? Respō/
 sum tandem est cum faceret modestoq; risu. ultimum esse
 causā primi. Addebantq; ut ego mihi ipsi inquirendo sa/
 tisfacere: ac si aperte dixissent. pauculas admodū cās
 in tnbunalibus esse suis: cuius rei illa erat ratio. q̄a nullū
 q̄ eas p̄poneret aduocatū facile admittēbāt. Profecto
 non insulsū eorum dictum puto. plurimi quidē neq̄q̄
 plerūq; litigarēt: q̄nimo aliquid forsā iniuste paterēt:
 nisi aduocatorum pronitas adesset: atq; eorū sollicitudo
 qui uincere pollicerentur. Nemo certe nisi insanus sine

(polieratū).

armis bellum temptat. quippe plurimi salui fuere: quia
illis arma defuerunt. & longe plures perire armorum fiducia:
quod penuria. Tolle enim frenetico arma: prestabis & uitam,
tolle cupidis litigandi ministros: simul tolles & lites. Cu-
pit enim omnis artifex ut per se in rebus suis uoluit: sua laudare
opera simul & dilatare. Sic poeta sua poemata laudat.
a cunctis recipi optat. Sic faber ut inquit Hieronimus
sua fabrilia tractat. studetque summo opere ut totus orbis ea
indigeat. Citharista denique omnes exoptat dies esse faustos
atque solennes. armorum & machinarum artifex: nuptiarum
aut pacis tempora infesta habet. & generaliter de pace
non cogitat: quod cum bello lucratur. Nec aliter agit aduoca-
tus. alienas cupit controuersias. propinquorum & causas
exagitat: qui suas non litigat. dissidendo: litigando lucratur.
qui mendicaret: si quietissime omnes uiuerent. Et ut paucis
dicam. defunt lites: si desint qui lites cupiant atque sollicitent.
Denique apostolus ait. seruos dei non decet litigare. Quomodo
igitur alienas opes litigando querere possumus licite: qui
non nostra proximis offerre iubemur? Et iuxta dominicum
consilium petenti clamidem: pallium non negemus. Demum
uero illud ego uerissimum puto: quia longe minus reipublice
cristiane nocuum uidebitur: si iudiciorum strepitus: si carum
deceptiones non habeat: si aduocatorum penuriam patiat:
quod si per causarum & litigatorum atque aduocatorum copias:
caritatis ordo pereat. que in litigando seruari minime potest.
Et iterum longe minus pernitiosum arbitror. quosdam forsitan
iniuste opprimi ob defensionis aduocationisque defectum:
quod plurimos imo ipsam rempublicam eiusque quietem: tot tantisque
ut cernimus litium perturbatibus concuti atque subuerti. que
ueluti quedam incendia: cunctas respublicas adurunt atque
confundunt. **P**ostremo quis causarum: quis fori: aut
iudicialis strepitus tam audax est: quem non moueat imo
terreat plurimum illa Bernardi uerba. Qui cum ad Eugenium

ageret: ac eum inducere conaret: ut fideles ad diuinā
 legem discendam sectādamq; alliceret: & aduocatorū
 astutias fugiendas esse ostenderet: quotidie inquit p/
 strepūt in tuo palatio leges: sed Iustiniani nō domi:
 iuste ne etiā istud? Tu uideris. Non certe. Lex domi
 immaculatā cōuertens animas. ea autē non tam leges
 q̄ lites sunt: & cauillationes subuertentes iudiciū. Tu
 ergo pastor & episcopus animarū: qua mente obsecro
 sustines coram te silere illā: istas garrere? Puto q̄ etiā
 hec peruersitas te compellat ad dominum dicere cum
 p̄pheta. Narrauerūt mihi iniqui fabulatiōes: sed nō
 ut lex tua. Hec Bernardus de humanis legibus & earū
 sectatoribus. Rursus nisi fallor fallit quisq; litigandi
 officiiū assumit. & lōge magis fallitur: q̄ artes litigādi
 & contendendi eligit. in quibus propter nocendi faci/
 litatem quanto quis doctior: tanto nequior euadit.
 ut de aleatoribus Polycratus ait. Vnde Augustinus.
 forma inquit in eis est litigiosa. hoc ipso laudabilior:
 quo fraudulentior. Fateor enī utilis est iuris sciētia:
 si eius professores intra eius limites agerent: & legum
 terminos nō trāsgrederent. Sed plurimi illis abutūt
 & falso legum intellectu: & nouis interpretationibus
 sacris legibus illudunt. Quod si secus agerent: paupes
 admodum & inopes: fateor tamen felices uiuēt. Ea
 de re sancti uiri periculum tam promptum imminere
 hoc exercitiū tenentibus cernentes. merito perfectis &
 deo dicatis uiris. nedū forensiū causarum interdunt
 exercitiū: sed humanarum legū studiū. quarum inter
 ceteras illa est ratio: ne uidelicet iuris periti magnum
 extimēt eam iustitiam quam ipsi cōtinēt & uenerāt:
 & quam leges humāe docēt. respectu eius iustitie: quā
 lex dei cōtinet & uenerat. Iustitia enim hūana quā
 leges seculi p̄fitentur: impleri idubie potest facultate

p̄pheta.

Augustinus.

& nature iuribus. quod ex eo maxime patet ut alia ta-
ceam: quoniam xpus in euangelio ex duobus naturalibus
preceptis omnes leges & prophetas pendere dixit prout
pulcre Augustinus deducit in Epistola ad Volusianum.
diuina uero iustitia non nisi superna gratia impleri potest.
Quare ad hunc sensum uerius quam paulo ante Ysaïas dicebat
de humana iustitia: p̄anus mēstruate iustitie uestre sūt.
Sed nec alienum ab hoc proposito uidetur quod dominus in
euangelio ait. nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scri-
barum & phariseorum: non intrabitis in regnum celorum.
Quod utique recte dici potest de humana iustitia. quam
iurisperiti & causidici astruere nituntur. ut xpus fidelibus
suis dicere uideatur: nisi abundauerit iustitia uestra plusquam
scribarum & phariseorum id est legistarum & iurisperitorum humanam
iuris: non intrabitis in regnum celorum. Nec enim hec iustitia:
que ex humanis resultat legibus: sola ad salutem sufficit:
cum illa ut philosophus in politicis uoluit: solum reipublice terrenam
quietudinem appetat. Cuius gratia plura que lex diuina
uocat & punit: ipsa permittit aut iubet. Vnde Augustinus.
Hec lex que de regendis urbibus dat: multa pro temporalis
pace aut permittit aut iubet: que lex diuina grauissime
punit. ut in concubinato atque usuris. Demum in preceptis
& multis aliis reperire libet. Denique lex ipsa humana
ut premissum est uirtuti humane & naturali innititur.
que nequaquam ad eternam felicitatem sufficit sine speciali
auxilio diuine gratie. quod aliter est sciendum de diuina iustitia:
que tota dei & a deo est. Dabo igitur inquit mater pluribus
persuasionibus finem. si id solum dixerim quia humani
iuris sectatores solo nomine iuris letantur: cum rem ipsam
non habeant. quummo sub iuris atque iustitie obtentu: ipsa
iura & iustitiam persequuntur. ut recte de eis dicat uera
iustitia. filios enutriui & exaltaui: ipsi uero spreuerunt
me. Tandem quis ille legista est & laudabimus eum: qui

ut inquit Augusti. dicat clientulo suo. recipe quod mihi
 cū tibi adessem obtulisti. redde aduersario tuo quod me
 fuisse patrocinate abstulisti. cuius opera decepto iudicē
 & circūuentis legibus uicisti. Longe satis euagatus sum
 in describendis aduocatorum periculis: sed expertus
 dixi. turpe enim ui debet patritio ignorare ea ī qbus
 uersatus ē: Suasi ergo mihi maternis his. imo diuinis
 cōmonitionibus edoctus: forēsium atq; ciuiliū causas
 & iudicia penitus deserere. Victi ergo & supati con-
 tribules. ad aliud uide genus inocētissimū ut dicebāt.
 uidelicet notariorū me transferre uerbis atq; suasio-
 nibus sequentibus nitebantur.

Capitulum. xix. de notariis. tabellionibus & scribis.
& de huius artis laudibus. utilitate & cōmēdatōe
ac necessitate.

TAbelliariorum siue notariorum ars & uiuendi
 formula. q̄ honesta honorabilis & laudata sit:
 ex plurimis p̄sertū illius necessitate et utilitate facile
 cognoscitur. Periret si quidem om̄s iudiciorum tela:
 nisi essent notarii qui acta conscriberent. periret ipsa
 ueritas & fides in contractibus & commercijs hominū.
 periret om̄nis ordo in iudicio forensiū causarum: nisi
 eēt aliqua fidelis publica q; p̄sona: cui iudex crederet
 de his: que ab utraq; litigantiū parte: aut offeruntur
 aut dicūt. Itē sunt instituti notarii ad cōfirmationē
 ueritatis. sed cum ipsa ueritas ubicūq; sonuerit: ab illo
 est qui dicit. ego sum uita & ueritas. Recta certe rōne
 notariorū officii ualde laudabile erit: q̄ ueritatis
 comprobatione & cōfirmatione: radicē & fūdamētū
 suscipit. Demum huius artis laudes et utilitas ex eo
 patent: quia publice utilitati deseruiunt. Hi nanq;

nedum apud pedaneos minoresq; magistratus. creditū & auctoritatem obtinent: sed apud reges & principes & cūcta eminentia tribūalia acceptissimi & familiarissimi existūt. quoz; manibus imo admirāda fide instrumēta. priuilegia & litere ad perpetuam rei memoriā cōfiriūt. Et post multa temporū secula. ex hoz; sola notariorū subscriptione: indubitata probationem inducunt. Hi typū tenent euangelistarum xp̄i. qui eius gesta & acta in euangelio: tam fideliter q̄utiliter descripserūt. Et ut ceteras huius artis cōmoditates & laudes omictā. q̄ illam exercent: magna lucra summos honores assequuntur. ut breui tempore ac paruo labore: opulenta utilitatis cōpendia adipiscantur. & tandem ab omnibus honorant: quia omnes illis indigent.

Capitulum. xx. de miseris. calamitatibus ac laboribus & periculis tabellionū & tabellari / orum. & illorum fraudibus & dolis.

INter ceteras artes uite humane artes et modos formulasq; uiuendi. scribarū atq; notarioz; artē miseram. calamitosam. ac multis erumnis plenam nemo ignorat: nisi qui tam felix fuit: ut nec licem in iudicio: actor nec reus extiterit. nec contrahendi gratia: tristi illorū misterio eguit. Breui igitur huius artis calāitates. infelicitates. labores atq; pericula adducemus. pauca ex multis colligentes. In primis igitē fatemur. habēt tabelliones officium publicū: sed priuatum exercēt negotiū. nō reipublice seruiūt: sed rei familiari deseruiūt. nō illā: sed istam augēt. cōmunes sunt persone: sed propria sūt lucra. Demū tabellari ipsi seruos se eē publicos nouerit. quos iureiurando cōstante astrictos: ut quotiens rogari cosa quoz; in omni causa contingat: ferre eos testioniū

oporteat. Nemini aut dubiū existit tā astrictos repu.
 seruos. non esse illius dignitatis atq; felicitatis .uti pau/
 lo ante depictū est. Eius uero artis labores. frau des. doli
 atq; pericula ex eo cōstant. quia natura ipsa impellunt
 homines gratis fidem ipsam seruare. ueritatē a ctestari.
 ac de illa libere ubiq; ferre testimoniū . misen tamen ca/
 belliones soli sunt: qui nō nisi pecunia de fide dicere at
 rogari uelint. Nec aliter q̄ pretio interueniente ueritati
 fidem accōmodēt. pauper siquidē fidē petit ueritatis:
 ille māmona exigit iniquitatis. Turpis igit̄ est. qui
 pretio turpiter accipit: quod gratis exhibere tenetur.
 Quo fit. ut hāc uite formulā exercētes. nedū iustitiā:
 sed ipsam iustitiā uendant. q̄re teste Augustino nihil
 ordinatius esse potest. nam iustitiam uendere iūctatis
 est: iniustitiā uero rabiosa insania. In ceteris enim cō/
 tra ctibus res uendita alienat̄a uēditore. & transit in
 emptorem: sed in hoc infelici contractu nullā iustitiā
 habet notarius uenditor. Sic sic miser artifex ipsam
 ueritatē ad quā corroborandā eruēdamq; creatus est.
 & que eum honoratū reddit: ihonorat atq; uilificat:
 dū eam ut p̄missum est pretio expōit. Apud ātiquos
 enim tabellariū alebantur a publico. eratq; gratuitū
 offitium. eo igitur seculo aureo certe laudabilis erat
 tabellionica ars. laudabile exercitiū. nunc uero quia
 ad pretium exponitur: merito in sordibus computat̄
 scām Polieratum. Rursus notarius seruus est iustitię:
 que uirtutū regina est & domina. qui ergo dominam
 suam uendit: ut proditor iudicādus est. O quot falsa
 ab eis cōstituūt̄ istrumēta prece qdē uel p̄tio. O quot
 contractus fabricant. rei geste substātiā longe aliter
 scribes q̄ ptes professe sunt. O quot falsas clausulas
 interserunt. Aliasq; iustas abolent. uerba cancellant.
 dictiōes uitiat. in multoꝝ lesionem atq; iacturam. O

quot neglectus ne dixerim dolos in iudiciis et contractibus committunt annos. indictiones. diem atque locum pretermittunt. Nec testes adhibent nature rei necessarios. literas scripturamque diuersificant. Quia de re instrumenta suspecta: aut dubia redduntur. O quot errores. fraudes & machinamenta ab eis admittuntur. Ob quas res innumera litigia. immortales contentiones ibi nascuntur: ubi sopiri debuerunt. Demum protocolla non retinent. & diuersa plerumque ab illis instrumenta eduntur. Plerumque uero literas. contractus et instrumenta super usuris et contra iuris precepta confitiunt. paruifatiētes quod ex ea re infames. inabilesque euadunt. O quot collusiones agunt in iudicio. quot deceptiones apud iudicem. quot falsas a testatōes. quot superfluas dilatiōes. quot acta inutilia scribunt: ut crescat registrū processusque in pretio augeatur. Taceo quia excessiua salaria exigunt. crimē concussionis non uerentes. oīa pretio agunt. nec calamū quidem manu capiūt: nisi pecunia assit. taxas excedūt. De quibus Gregorius dicere uideat. quia multo sceleratius ille accipit: quam alius offert. Hi certe crudeliores sunt illis latronibus qui insidias adhibent. Nam isti palam rapacitatis auaritia seuiūt: ceteri enim hostes in suorum tantum hostium sanguine armant. asini in quorūdam hominum necem pecunias accipiunt: isti ut crudelissimi carnifices ciuium amicorum cunctorumque hominum oppressione letantur. & omnium litigantium uitam extinguūt. Quid enim prodest iustum habere iudicem: sed rapacem notarium? Hic Ysidorus ad delictum pertinet iudicis: improbos habere ministros. An forte quid ad rem? Locupletes sunt notarii nunquam egentēs. ubique honorati. Quod & ego fateor. Sed & illud Ciceronis semper uerum esse putauī. nil fore utile: nisi honestum iustumque sit. nil honorificum: nisi in uirtutis radice que gratuita est fundetur. Nam ut idem Cicero

subdit. Nullū emolumentū est fallere. nullū cōmodū
 lucris inhyare: splendorisq; nomen amittere. Adde.
 quia utilitas illa familiaris. nō potest tantum afferre
 quātum auferre. Qua enim alia causa Gezabel omī
 seculo maledicta est: nisi quia eius nō uero testimōio
 Agab Rex uineā abstulit Naaboth. Ea de re eidem
 Gezabel dictum est iussu domini. canes comedent
 Gezabel. Deniq; ut paucis multa concludā. notariū
 cupidus rem publicā offendit. deum cōtempnit. Cui se
 iure iurando astrinxit. iudicē mentiēdo decipit. p̄tes
 ledit. De his Augustinus dicere uideēt. quia similes sūt
 locuste aīali pestifero. Nocet enī mordendo. cōsumit
 nocendo. Nisi ergo abundauerit nostra iustitia plusq̄
 similitum scribarum: spem non habeamus consequendi
 fructum iustitiae. que est regnū celorum.

Capitulum. xxi. de exercitio agriculture. & de
laudibus & commendatione huius naturalis &
innocētissimi exercitii. & de utilitatibus generi
humāo ex illa prouenientibus. Et quomō deo
acceptum est.

Agriculturam optimū esse uiuēdi genus nemo
 ambigit: nisi qui uiuere nescit. Hic enim uite
 modus p̄mus omniū est a deo altissimo humāo generi
 tributus. Dictum est enim homini in sudore uultus tui
 uesceris pane tuo. nec dixit in sudore uultus alieni. ut
 in ceteris officiis et uiuendi modis liquido contingit.
 In quibus alieno labore alienoq; sanguine & sudore
 plurimos pasci & nutrirī: quūmo & lasciuire uidemus.
 Nequaquā enī deus homini hoc exercitiū p̄cepisset:
 nisi primum innocentissimum: deinde ei gratissimum
 agnosceret. Hoc deniq; uite genus ueras naturalesq;

diuitias gignit. alia exercitia industriales: et ut ita
dixerim adulterinas diuitias cōparant. Igit̄ inter utraq;
diuitias illa est differentia. quoniā prime hūanū genus
sustinent. secunde corrumpunt. prime delectant. secunde
cruciant. prime satiant. secunde angunt. Quod enim tā
felix uite genus eē potest: q̄ naturalibus insidere labo/
ribus. & possessiones agrosq; ad ubertatem pro cōmuni
omnium usu deducere. Quarū rerū innocētissima cura:
ceteras omnes noxias curas fugat. Gesserunt agriculture
usum nō solū antiqui prime etatis: sed & omniū etatum
uiri prestantes atq; clarissimi. nec modo publica officia:
q̄nimo & imperia magnaq; fastigia huius cupidine atq;
dulcedine dimiserūt. Hāc Cato Censorinus exercuit. de
quo scriptū ē. optimus sc̄ator arator optimus Impator.
Quē igit̄ pudebit cum Catone terrā colere? Quis turpe
cogitabit: qđ ille pulcrū elegit? Qui preter rerū gestarū
gloriā etiā in nostris hispanis p̄clarissime triumphauit.
Deniq; i ceteris huius mortalis uite occupatiōibus uacāt
hoies artibus: in hoc nature. i ceteris uacāt sagacitati: in
hoc s̄acte simplicitati. in aliis supfluitati: in hoc neces/
sitati. in ceteris uacatur ornatui: in hoc uictui. in ceteris
uacāt hoies paucis aut multis: i hoc omibus. Qua rōne
ceteris uiuēdi modis iuste antefert̄. Testē. n. phō quāto
aliqd ē cōius: tāto ē p̄clarus. Est ergo illud uite genus
eligibile qđ pluribus cōfert: & paucioribus nocēt. Demū
non parū huius uite preconiuū anget. quia cessant i hoc
uiuendi modo ea omnia diuine offensionis & peccandi
incitamenta ac p̄mpte actōes. que aliis negotiationibus
sele ultro offerūt. Vt. n. qđā ex sapiētibus ait. iter hoim
uicia uiuere & uicia hoium uitare: nō tā preclarū q̄ rarū.
nec tā laudabile: q̄ difficile ē. Quis enī in agro laborās
aliēa usurpat? Quis degerat? Quis blasphemat? Quis su/
pbit? Aut quis irascitur aut iuudet: qui optare sibi soli

reforin g.

bona nō pōt: qn aliis euentāt? Quis dēiq; agriculture
intendens inimicatur? Quid aliud odit nisi grādines?
Quid maledicit nisi tempestatibus? Quid dēiq; auare
cupit: nisi ea que aliorū nō sūt? Sed & quis fornicatē.
quē non ciborum pretiositas: sed famel & pauperula
mensa spectat? Et demū ipsa lacertorum lassitudo. &
diurnus totus labor: dormire potius q̄ lasciuire cogit.
Rursus in ceteris uite occupatiōibus illud cōissimū ē.
ut q̄nto hoīes pluri emolumēti aut census habēt: tāto
minus deo retributionis & honoris tribuūt. ita ut uerū
sit illud p̄phete. q̄a satietas panis causa sit iniquitatis ī
hoīe: in hoc tamē uiuēdi mō plus oībus deo reddit. &
ut ita dixerī plerūq; plus q̄ q̄s habet deo offert. Nō/
nunq̄ enī oblati deo decimis. expensisq; deductis: nil
superest nisi labor. adeo ut plurimi āni etiam uberrimi
agricultoribus ipsis steriles sint. Recte igit̄ antiquū
uerūq; ī hispania p̄uerbiū fuit. q̄a agricolē martires
habent. neq; n. semel sanguinē fundūt. ut pinguiorē
terrā hoīum usibus reddāt: sed diem sudore & cruore
madent. ut nos uiuere possimus. & suis tormētis & assi/
duis cruciatibus foueamur. His ergo monitionibus
suadebant affines agriculture uacandum. & si nō per/
sonaliter: p̄ seruos saltē & colonos ut mos est plurioꝝ
uirorū illustrium. Sed nondum illi uerba finierant:
ecce mater occurrit hunc uiuēdi modum sūmopere
dissuadens rationibus sequentibus.

Cap. xxii. de agriculture incōmodis. oneribus.
difficultatibus & laboribus. & de aculeis & mise-
ris huius status. & narrantē pulcra de hoc uiuēdi
genere circa eius solitudines & āxietates. & quō
repugnat preclaris ingenis. & quales debent eē
agricultores.

Laudatus satis a uobis est agriculture usus, quoniam
certe necessarium atque delectabilem fore: nemo
est qui ambigat. habet tamen aculeos suos. ut enim inquit
Plinius in eo quod dicit de naturali historia libro. agri/
cultura innocentissime atque beatissime uite quondam iunctum
fuit. Nunc uero maioribus longe laboribus non utique uicis
obnoxia est. ut enim in georgicis Virgilius ait. & primo
a diuina scriptura didicimus. non utique homo terre. & agris:
sed terra homini seruire debuerat. Homini ergo culpa
efficitur est: ut terra possessoribus suis sine labore non
respondeat. & plerumque labor ipse fructus dulcedie careat.
Mortalis ergo indigentia atque necessitas terram ferro soli/
citare: mirisque blanditus mollire coegit. In qua colenda
quot labores. quot corporis. quot animi sollicitudines homines
preferunt: nemo nouit: nisi qui terram colit. adeo ut uerum
sit illud Petrarce. qui triticum seminat: seminat & solici/
tudinem. Et iterum quod poeta dicit. quia granum plurimum
est: sed anxietas seminantis. ita ut proprie loquendo. ager
animus sit: cultura intentio. semine cura & messis labor. quod
res agriculor uberrime percipiet. leta uidentia. dum tamen
cum pruina & gradine pepigerit. O quot inuiles araturas.
quot mortaliu hominu anxias curas agricultura affert.
& qui per anni circulum diligentias egit plurimas: unius
hore rabida tempestas abstulit. quod si celi tranquillitas adsit.
quanto plura seminasti: tanto plures necesse est pascas
grues pluresque domi mures. uolucres denique. hospites ha/
bebis inuitus. Hec enim notiora agricolis sunt. quos
nescio quid ad seminandum cogat: nisi quia ita diuina
prouidentia uoluit. ut & si labores. picula. agricola experi/
at: laborare tamen non desinet. quem spes plerumque delectat
sine fructu. Demum uero illud certissimum est. multis tamen
incredibile quia incolendis agris: ornandisque uineis: uix
fertilitas sumptibus equat. Adde quod ut Grego. dicebat.

791. 51
bonum est agros colere: si nihil melius quod fieri possit
inuenitur. Agriculture igitur hac nostra etate opam dare
non est uiri excellenti s̄ aut prestantis ingenii. nec pro
arte. nec pro officio aut negotio: sed pro otio et curarū
alternatiōe. uel ipsa cogente necessitate laudabile. Hec
enim ars terram facit meliorem: non quidem intellectu:
meliorē uires intellectuales non perficit: sed exteriores
exercet. Qua de re iuste sapientes agriculturam inter
mechanicas computarūt. ut inferius tangemus. Et hec
putatur causa. q̄re phūsi in septio politicoꝝ agricolas
nec mercatores ac artifices et mercenarios. licet sint
artes necessarie in ciuitate: non tamē sunt pprie artes
ciuitatis. quare non ueros ciues Aristoteles appellat.
sicut consiliarios. sacerdotes & bellātes & iudicarios.
prout latius diximus supra in capitulo quinto. ut. n.
siquit unus ex philosophis. natura studiosa parens: dū
multas mortalibus artes dedit. Distinxit etiā ingenia.
& cui q̄ aptissimus reperit: illi recte insistet. Indecēs
nanq; atq; indecorū uidetur debile corpus fragilesq;
lacertos: sed docilem animum habentes colendis agris
insistere debere. Pulcrū igitur est atq; officiosū aliud
melius agere nō ualentibus: agros ipsos arare. sed lōge
salubrius foret non agros: sed animos colere. Verū est
tamen q̄ terrena animalia terram amāt. Ursus satis
innocētia agricolarum exercitia uerissime fore puto:
si tales ipsi agricultores forent: quales antiq; illi inno/
centissimi & simplicissimi erāt. & quales eos debere eē
legimus: non quales experimur. Illi enī cū paciētia
& longanimitate labores ferebant. cū frugū abūdātia
deum laudātes. cū sterilitate minime murmurantes:
sed cū Iob patriarcha. dicētes. domūs dedit dominus
abstulit. sit nomen eius benedictum. Sed & tales. p̄ mi
illi agricultores erant. q̄ ut cū p̄pheta loquar. gladios

uertebant in uomeres : & lanceas in ligones. Agricole-
uero nostri temporis aratrú. stibam. rastrumq; uertúe in
arma. non modo defensiva: sed offensiuá. deum decimis:
regem uectigalibus fraudant. fines fundo & cõfundunt
uel sibi applicant. ecclesiam non reuerentur. contra do-
minos superbiunt. foros frequentant per seruos. p con-
ductiuos agros colunt. sed per seipsos in iudicio litigant.
cum per alienos in agro laborant. & dum suum deserunt
efficitú aliena piculose usurpant. Hi p chdolor auaritia
superbia. pompa. ornatu uario. ápla suppellectili. frau-
dibus dñiq; dolis. litigul. & uersutis cú ctos negotiatores
uincunt. Martires autem quo pacto tales agricolas ap-
pellem: nõ uideo. causa enim martirem facit potius qm
tormenta. Agricultores igitur nostri temporis martires
terrene cupiditatis : nõ xp̄i. dixerim. Et ut paucis agãus
sicut terram colút: sic penitus terreni sunt. ut de his recte
dicatur. Ipsi uero terram lingent & terram comedent
nec de celestibus cogitãt: qui semper de terrenis loquũt
& meditantur. sibi inuicẽ iudent: alios abhorret st atus.
Sed plerunq; castigat eos deus in eo delicti genere quo
peccant. Dignú enim est. ut qui in terram que omnium
elementorum humillima & uberrima est: per superbiam
& auaritiam peccant: eiusdem terre bonitate priuentur.
ideo dat illis deus terram fructiferam í salsuginẽ: ppter
malitiam habitantium in ea. Quo fit. ut terram sui na-
tura fertilem: illorum iniquitas fatiat sterilem. Sed uix
bona mater dissuasionis agriculture uerba expleuerat:
& ecce fratres. consanguinei pariter & amici. si nullum
genus uite placebat. ex illis maxime que supra discussa
sunt saltẽ mechãicas aut liberales artes. seu aliú uiuendi
modum. etiã si foret aliquod exercitii genus: cui plebei
hoies sese conferre solent. mibip̄i deligerẽ. idq; sequẽti
persuasiõne agere non erubuerunt.

Capitulum. xxiii. de artibus mechanicis in genere
& utilitate earum. & quot sunt artes mechanice. et
qualiter earum exercitia profunt: & quomodo diuerse
artes sub eis comprehendunt. & demum deducit quod in
dictis artibus plures uiri clari euaserunt. & quod medi-
ocritas uite mechanice non est deprecanda.

Repudiata sunt a te inquit amici ea uiuendi genera: que nobiliora atque honoratiora in hoc seculo uidentur. in quibus fere cum sanctos ingeniosos & studiosos. ac nobiles uiros uersari conspiciamus. Si igitur occultis incognitisque nobis causis. nullum ex supradictis eligere proponis: nos qui te plurimum diligimus. & posteritatem ex te quam maxime optamus. quam utique perderes: si ad spiritualem uitam transires. te plurimum non modo rogamus: sed monemus atque hortamur: ut saltem artifex fias alicuius honesti aut plebei exercitii. Sunt enim preter nominatas artes & uiuendi genera: alia complura exercitia & uiuendi genera non inhonesta: quibus & si plebeos homines communiter uideamus deditos. Alios tamen ingenuos nature homines: quibus ita fors illoz tulit aut ita uoluerunt. uel natura ipsa inclinante. sepe conspicimus artes exercitiaque ipsa delegisse. Preeligunt certe nonnulli sub illa mediocri uita agentes. seculi huius breuem cursum innocenter transigere: quam sub magnis statibus periclitari. Adde quia plurimi in eis ipsis infimis artibus clari euaserunt. qui tandem ad altiora sepe uocati fuere. Non enim artes ipsaque exercitia animos hominum uirtutemque penitus immutant: nisi fedissima sint. Elige igitur aliquam ex mechanicis artibus: quas ipsa omnium parens natura ad usus hominum pre-necessarias instituit: quas nequaquam ipsa prouida gubernatrix natura nobis donasset: si non necessarias. si non utiles. si non honestas

iudicasset. & suos sectatores beatos faceret. Sunt. n. ut nosti artes ipse mechāice septem numero. ad quā cetera omnia uite genera corpus respicientia teste philosopho in politicas reducūtur. uidelicet lanificiū. armatura siue fabrilis. nauigatio. agricultura. uenatio. medicina. thea- trica. Sub lanificio uero pluriā uite genera includūtur. puta texendi. torquendi. suendi. & que sunt manu. acu. fuso. rota. fibula siue aliis instrumentis. & cetera omnia que in materia. lana. lino. pelle. pilo. & uimibus continent. Armature uero adaptatur quidquid armorū est. & quodquid ferro metallisq; continetur. sub qua aurifices. metallari. monetarii ac alchimiste militant. Vocatur a uitem ars ista instrumentalis. non solum quia instrumentis utat. sed etiam quia ex materia illa efficitur plura instrumenta. ad quam etiam pertinet omnis lapidū. lignorū & arenarū labor. Hec duaf species habet. architectōicā. & fabrilē. Architectōice partes sunt cōmentaria. carpentaria. Fabrilis uero partes malleatoria. fusoria. sculptoria. & multa alia similia uite genera. Nauigatio uero continet omnem negotiationem in emēdis uendendisq; mercibus & in illis mutādīs tam domesticis q̄ peregrinis. Alii uero mercaturam ponunt speciem per se. Sed phisicā eam sub nauigatiōe designat. licet mercatura multis modis accidat absq; nauigatiōe. Sub agricultura uero quidquid in terra laborat intelligit. ad quā pertinet omnis agricultus. & quodquid ad nemora ac pascua & ortos pertinet. Ad uenatiōē uero ferarū occupatiō. aucupii. autū q; uolatus pertinet. Et generaliter ad eam pertinet omnis piscatura. & uenandi genus in terra. mare. fluminibus uel aere. Item ad eam pertinet omnis apparatus ciborum. saporum. potuū. Et generaliter omnia officina piscatorū. carnificū. coquorū. cauponū. taberniciorū. Sub medicā uero ipsa medendi ars. & cyrurgia continet. Similiter & apothecanorum.

pigmentariorū turba. quibus iunge herbiſtas. & bal/
 necꝝ magiſtros. raſores & ſimiles. Sub theatrica uero
 aprantꝝ omnes artes ad ludos publicos & priuatos. ac
 diuerſa ſpectacula pertinentes. Cui uiuēdi modo hiſ/
 triones: buſones. reſentatores. tragici cōnumerātur.
 Dicta eſt enim theatrica ſcđm Yſidorū & Hugonē a
 teatro. ubi populus ad ludos cōuēiebat. Fiebāt autē
 ludi in teatro. ubi etiā geſta recitabant. In gabelis
 uero choreas ducebāt & ſaltabāt. in gymnaſiis luēta/
 bant. in amphitheatro certabant pedibus. equis uel
 curribus. in arenis pugiles exercitabantur. in cōuiuſ
 rigmis & muſicis iſtrumētis pſallebāt. & alea ludebāt.
 in phanſtēpore ſolenni deorū laudeſcanebāt. Antiq;
 nanq; ludos inter legitimas actiones cōnumerabant.
 quia temperato motu naturalis calor nutrebat in
 corpore. & letitia mētis reparabatur. Vel quod magis
 credendum eſt. quia neceſſe fuit populū aliquādo ad
 ludum conuenire. & uoluerūt ut iquit philoſophus
 determiāta eē loca ludendi: ne in diuerſorū p̄uatſq;
 locis conuenticula fatientes: p̄broſa & contumelioſa
 aliqua perpetrarent. **H**uiusmodi itaq; mechanicę
 artes & uiuendi genera hōeſtiſſime a quolibet hōeſto
 uiro ualent exerceri. Nam & ſacra ſc̄ptura huiusmōdi
 neceſſarias artes cōmendat inquit in eccleſiaſtico. In
 manu artificis om̄is opera laudabit. unus ex p̄phetis
 ait. i porta regis artifices negotiātur. Aut ſi forte ceteras
 artes ingenio preditas peroptas: elige tibi liberales
 artes. preſertim quatuor ultimas quas mathematicas
 uocant. que plerunq; magno ſplendore homines eaſ
 ſectantes illuſtrant. Legiſti Sulpitiū Gallū astro/
 nimū plurimū honoris & utilitatis actuliſſe romanis.
 Qui cum bello p̄ximi eſſent contra parſas: ea nocte
 luna eclipſata eſt. quo ſigno ſtupefacti romani deli/

berabant bellum non committendum. At Sulpitius Gallus astronomus publice pronuntiavit nō eē malū omen. adducens rationes astronomicalas quibus suavit populū bellare. quod effectū est cū ingenti romāorū uictoria. Sic & apud archēteses cū sol pateret eclipsim: plurimi ne esset mundi finis timebant. Sed Pericles mathematicus per rationes astronomicalas patriā falso timore liberavit. de cuius scientie laudibus atq; abusu latius infra agemus. in tricesimo sexto capitu. Sed de mechāicis & humilibus artibus: q̄ plures clari euasisse cōpertū ē. Legisti Lisipiū pictorē ita Alexādro fuisse dilectū ppter fatiē. & staturā eius mirifice depictā: ut cū ad magnos pueberet honores. Quid de histriōis arte dicemus? Legisti de Roscio histrione. qui tam excellens in ea arte euasit: ut romani nunq̄ meliorem illo. testarent. Nam tā mira cōram populo opabat: & tam preclare ludos in theatro celebrabat: ut īgētē romāi populi dilectionē consequeret. adeo ut sēatus nobilibus eum aggregaret. Adde Socratē ipm fōtem sapientie. qui artē affectauit citarizandi. in qua tam clarus euasit: ut illā nobilē artē sue ciuitati incognitā superadderet. Quid de Tito dicam? Qui adeo pauperi & uili officio uacabat: ut publicanus eēt. & cū gabel/ las pretio colligeret: tam fideliter tamen in eo officio se gessit: ut propter eius probitatem & fidem creatus a romanis cōsul fuerit. in quo mirifice se gessit. Quid de Varrone. qui carnificis officio fungebatur. propter suas tamen uirtutes: cōsul a romanis creatus est. Sed quid ista cōmemoramus? Legisti apud Strabonem regi egypti filium natum esse. quē nullo studio trahi posse ad artes militares ferunt uel scientificas: sed inclinabatur natura ipsa ad artem fabrilem. uidebatq; libenter fabros. & ad eos cum poterat declinabat. Idq;

Rex cōspiciens. de sapientū cōsilio eum suo arbitrio
 reliquit. qui tam famosus in arte fabrilī euasit: & tam
 egregia machinarum et ferramētorum presidia patri
 attulit: ut lōge plūs ei ex illa arte q̄ ex militia p̄fuerit.
 Non est ergo despicienda uita mechanicarū artium.
 & multo minus mathēaticarū. Nā si ex electiōe quis
 mediocrem & humilem statū assumit: hoc certe p̄fec/
 tionis signū est. Beatus enī prēdicatur qui ī magnis
 potuit transgredi: & non est transgressus. tales enim
 sublimari hic & in superna ciuitate merentur. Vnde
 Gregorius exponēs illud Dauid. nōne cum paruulus
 esses: in oculis tuis caput israel factus es? Quia inquit
 paruus tibi fuisti: magnus corā me fieri meruisti. tāto
 enim pretiosior quis apud deū existit: quāto sibi ab/
 iectior fit. Hic Cassiodorus. laudata ē uiroꝝ sēctia:
 que rebus modū imponit. & nos humilius considerare
 docet: q̄ de nobis amici expectant. quia plerunq; non
 satiat quod bonū putatur. Et iterum. optimū est mo/
 derata gerere: que nullus audeat accusare. Nō ē deīq;
 diffidendum de sectatoribus humiliū artium. quia ī eo
 exercitio humiliter & fideliter agentes: facilius q̄ in
 maximis administrationibus constituti: uiam salutis
 consequi possunt. Adde quōntiam deest illis materia:
 desunt artes. desūt studia ceteros decipiendi & malig/
 nandi. Māiores. ut inquit prōphēta sapientes sunt ut
 fatiant mala: bona autem facere nesciūt. Preterea alii
 ad alia apti nati sunt: quos fortē suā naturalis incliatio
 ad p̄ua iuitāt: q̄ si magna rēptant: deficiāt necesse est.
 Debet ergo attendere unusquisq; in se. ad qd̄ melius
 natura inclinatur. Vnde Ambrosius. unusq; q; īgeniū
 suū nouit. ideo ad id se applicet: qd̄ sibi aptum uidet.
 Et Cicero. ad suam cuiusq; naturam cōsiliū est omne
 reuocādū. Et Seneca. male respondent coacta īgētia.

reluctate enim natura uirtus labor est. His & similibus amici & consanguinei persuadent. aliquam ex predictis artibus quietius fore eligendam. Sed pia mater timida. et ex his que paulo ante audiuit stupida: ilico in hec uerba prorupit.

Capitulum .xxiiii. de dissuasionem in genere uite
mechanice. & quomodo licet sint artes necessarie:
tamen non est necessarium illarum habere exercitium.
Item in rubricella sequenti agit quare mechanicę
artes in uente sunt. & quis sit illarum finis. & quare
sic appellentur. & an sint utiles ingenio hominum
& an artifices sint ueri ciues. & partes ciuitatis.

Fateor fili mi magna est uis quibusdam hominibus in dicendo. Nam tuo Cicerone teste. tanta est copiose dicentis uirtus: ut que quis audit. etiam si ea ipse sciat: noua se audisse arbitretur. Quid enim prestantius quam possedendo tenere hominum mentes. & allicere plerumque uoluntates ad ea. aut que ignoramus. aut aliter scimus. nisi certe perspecta cognitaque res ipsa esset: super qua paulo ante locuti sunt amici & acclinetes tui. effecissent profecto intima uerba sua: ut tandem illis acquiescerent. Sed ueque est fili mi. quia Aristotele teste. quedam falsa probabiliora sunt quibusdam ueris. Adde. quia ut sapiens ait. ubi plurima uerba: ibi sapientia. scilicet ueritatis & iusticie. Quippe loquar saluo omnium honore: loquar tamen cum sapiente. quia stultus uerba multiplicat. Et itaque. qui multis uerbis utitur: ledit animam suam. Vnde Grego. super illo uerbo uir uentosus non iustificabitur. qui multa. loquitur: iustificari nequaquam potest. quia dum quisque per uerba defluit: per dira grauitate silentii: mentis ueritatisque custodiam amittit. Habet enim hec omnis ueritas. quia non multis nec ornatis uerbis eget. simplex

est. & simplicibus contentatur sermonibus. Vnde Aug. satis est ut uerba congruentia non oris elegantur industria: sed pectoris sequantur ardorem. Hinc pulchre Tullius. ex uerborum splendore & dicendi festiuitate. suspitio quedam artificiose apparitionis nascitur. que maxime orationi uim adimit. Et Seneca. nihil tam iniquum quam manifesta uerborum preparatio. apparet enim subesse nescio quid mali. Redeo iam fili mi ad uerba amicorum. plurima certe adducunt. quibus te ad plebeam. ad fedam. ad turpemque uitam ducant. Malunt enim ut aiunt uilissimis te artibus deturpatum. sed plerum habentem intueri: quam egregius artibus aut nobili uiuendi modo imbutum filius carentem. Ceca est enim nisi fallor mens hominum. que proliis parti paritute fecunditate: potius quam uirtutis & uere felicitatis amico peroptat. Audi igitur fili mi ne dimittas legem matris tue. & in primis illud Crisostomi cordi semper habe. quia omnino iniquum est. nobiliora ingenia studiis deturpare minoribus. Noui ergo uires intellectus tui. quare ut cum tuo Seneca loquar ad aliud te natura edidit: quam ut sis seruus cum liber existis. Teste enim philosopho. Artifex artium mechanicarum specie quandam seruitutis patitur. dum intellectu uigens qui liber est: rebus intellectu minoribus seruit. Adde. quia in eis ipsis artibus doli. fraudes. labores & pericula non desunt. Vnde apud machabeos legitur. Omnes artifices & operarii iniquitatis contriti sunt. Cuius causam scribit sapiens in prouerbis. quia opus instabile facit impius artifex. Hinc Ysaia multitudinem inquit hominum seductam per spem operis. opus tamen iniquitatis in manibus eorum. Sed de singulis huiusmodi artibus statim latius dicemus. Nec diffiteor fili mi. quia exercitia ipsa mechanica necessaria & utilia plurimum existant: sed an ideo eligantur considerandum. Cloacarum enim atque latrinarum purgandarumque

usus. q̄ necessarius q̄q̄ utilis sit: n̄eo abigit. Sed an ideo
 a nobili iuvene ac bone indolis adolescente. a docto
 uiro eligenda sint: tu ipse aĩm aduerte. & iudicent aĩci
 tuiq; c̄soref. Simile uidetur illud apostoli. q̄a quedā
 in nobis membra necessaria sunt. minus tamē hono/
 ratoria. Necessarie igit̄ sūt artes mechāice ad politica
 socialēq; uitā: sed non ab oĩbus necessario exercenē.
 Vnde ph̄s in septimo politicorum ait. q̄ exercentes
 mechāicas artes. nō pprie sūt partes ciuitatis nec ciues:
 licet sint artes necessarie. p̄ncipaliter enim nō dirigūt
 ad uirtutem. que est finis totius politie bene ordiate.
 Et hoc est quod pulcre ait sapiens in ecclesiastico. qui
 cum mechanical artes nō iasset ait. omnes hi in māibus
 suis sperauerunt. & unusquisq; ī arte sua sapiens est. et
 sine us non edificabitur ciuitas. sed non sedebunt sup
 sellam iudicis. & testamentum iuditi non intelligunt.
 nec palam facient disciplinam & iudicium: sed solum
 operationi artis uocabunt. Hec ille. Que uerba ap/
 tissie pbāt mechāicas artes licet necessarias ciuitatibus:
 suos tamē sectatores īeptos efficere. nedū ad iudicandū
 & presidendū: sed & ad alios actus politicos. & cetera
 oĩa que īgeni. consiliū aut discipline sunt. Sed de hoc
 latius supra tetigimus in quinto capitulo huius libri.
 Artes igit̄ mechanicē exercende sunt tantum ab us q̄
 aliud melius non ualent. uerū quia de mechanicis ar/
 tibus primo sermo adductus est. deinde de liberalibus
 artibus & mathematicis dicemus. primo de mechāicis.
 sub quibus omnes artes ad corpus p̄tinētes cōtinentē.

Quare iuente sunt artes mechāice & q̄ illarū finis

Quamquam actinet igit̄ ad mechanicas. dignū ē
 ut a quadā radice cognoscas. q̄re ars mechāica



inuenta est. & quis sit eius finis. & quare sic appellat.
 & quot numero sint. igitur scdm sententiam Aristotelis
 & Hug. in suo discolicon causa inuentionis earum fuit: ut
 natura subueniret & occurreret humanis necessitatibus
 & defectibus corporalibus. Ex quo elicitur finis illarum
 omnium. ergo mechanicarum artium finis est supplementum
 necessitatum & defectuum corporalium. nam naturaliter
 nemo carnem suam odio habuit. uidentur igitur humana
 ratio multipliciter defectum carnis & corporum humano-
 rum ad occurrendum predictis defectibus: cepit ut sollicita
 cogitare in singulis conuenientia subsidia. ut igitur fa-
 cilius melius & decetius ualeret natura ipsa predictis
 hominum necessitatibus subuenire: excogitauit mul-
 tiplices artes operatiuas in rebus exterioribus ad presidium
 corporis. ut artem lanifitum operatiuam uestium. & operatiuam
 armorum de corio ferro. & sic de aliis. Et sic patet causa
 inuentionis istarum artium mechanicarum. quia fuit
 ex desiderio occurrendi necessitatibus et defectibus
 corporalibus. Et finis illarum est supplementum ipsum
 defectuum humanorum. Vocantur autem mechanice
 scdm philosophum & scdm Alfarabium & Hug. in discolicon
 quasi adulterine. quia mechanici fatiunt intellectum circa
 ea que non sunt proprie sua. Item quia opus artificis
 est congregata coniungere. & coniuncta segregare. Cum
 igitur hoc opus artificis non sit naturale: imitatur naturam
 ut potest. ideo mechanicum id est adulterinum uel non
 proprie naturale uocatur. His igitur uisus tu fili mi tene
 semper animo tuo: illam antiquorum sapientium sententiam.
 quoniam nullo ingenuo uiro. aut de gloria & honore
 siue uirtute certanti conuenit uti artibus mechanicis.
 aut seruilibus delectari exercitiis. Adde. quia licet ne-
 cessarie & utiles sint. & loco & tempore commendande:
 habent tamen aculeos suos. habent pericula & incommoda.

que tanto nobilia hominum ingenia ad terram usq;
perducunt: q̄nto uires folius corporis exigunt. q̄nimo
plerunq; aptiores ingenio. inepti ad illa inueniuntur.
Rursus non carent dolis. fraudibus & deceptionibus
plurimis. ut singulariter & de singulis uidere libet. ubi
de uniuscuiusq; utilitate & laudibus: ac icōmoditate
& miseria particulariter agemus.

Capitulum uicesimū quintū ubi particulariter
agitur de p̄ma arte mechanica. uidelicet de la/
nificio & ceteris arubus que ei subalternant. &
de illius utilitate & incommo ditate dulcibus &
amaris.

Lanifiti uero ars ut sapientes uoluerunt: prima
inter mechāicas esse noscitur. Sub qua textoria.
filatoria. & quidq; lana. lino. pilis. sericoq; cōficitur.
& relique similes comprehenduntur. Harum artū ne/
cessitas atq; utilitas tam euidēs ē: ut nisi nudus cedere
uellet: id ipsum nō diffitebitur. Ad tegumentū igitur
humani corporis pudendaq; operienda. sed & frigoris
estusq; iniurias repellendas: necessariā eā artē inuenit
parens natura. perutilem certe innocentissimā ac ho/
nestis uiris. nec minus feminis cōsentaneā. in qua nec
membra deturpantur. nec artus plurimū fatigantur.
Hec ars uitam protegit ac uitam instruit. Docet enī
artifex suos cunctosq; mortales: q̄mbreuis fallaxq; sit
huius uite cursus. quia teste propheta. transit uelut a
texente uita nostra. Verum si uersa uice huius artis
infelicitates. miseras atq; picula contemplamur: lōge
aliter sentiemus. Sūt enim nisi fallor textorū. filātiū.
lanificū. sutorū & aliorū qui lanificio subalternantur:
tot machinationū & fraudū ficmenta. & deceptionum
genera: quot filorum numerosa multitudo in eorum

operibus reperitur. In primis igitur huius ministerii artifices deo altissimo ingrati sunt. qui dat eis niuem sicut lanam id est tantam abundantiam: ut ministeret eis lanam ut niuem. ipsi tamen deum fraudant decima & primitia. nedum lane: sed & hedon. Rursus postquam deum contempserunt: facile putant proximos ledere. idque multipliciter agunt. Quis enim exprimere possit: quot sophisticatas telas conficiunt: quot filorum falsas commixtiones adiungunt. quot furta. quot rapinas committunt. Texunt plerumque leues pannos. bonam furatiles inutilem lanam apponentes. falso pondere librant. Taceo fallacias in filando maleque torquendo. dolose texendo. falsos adulterosque colores intingendo. Taceo denique sutorum fraudes ac furta. qui uix nisi ex furto uestiunt. Harum itaque artium fraudes atque miseras sacra scriptura commemorat inquit per prophetam. Ve ue filii deserti quod ordimini telam. sed non per spiritum meum. Et alibi. telas aranee texerunt. Quare alius propheta in eos uehementer exarsit. ait enim qui intelligit te: precipitabit te. & telam quam orditus est fraudulenter. Et Ysaia confundentur inquit qui operantur lanam & lino. plectentes. & recte non textentes. Hi enim artifices auaritie seruietes: uestes conficiunt lino lanaque contextas. dum in ipsum non modo ad literam agunt. sed suis artibus non contenti: ad alienas pariter transeunt. Sicut igitur artes ipse & eis similes recte mechanice. quia mechatur & non proficiunt intellectu. nec uiam uirtutibus parant.

Capitulum uicesimum sextum de secunda arte mechanica. uidelicet fabrilis armatura. aut architectonica. & de partibus eius. & de utilitate & progeratiu illarum. & de incommodis miseris & oneribus earum.

Fabrilis siue armatura secunda est ars mechāica.
sub qua carpētaria. lignana. marmoraria. au/
rificū. & quiddā lignis. lapidibus aut metallis fabricatē.
Harū quidē artū sūma ē necessitas atq; utilitas. Per
eas enim necessitatibus hominum subueniē. nisi enim
edificia foret: nec hoīes subsistere possēt. oīsq; politica
cōuersatio & diuinus cultus p̄derent. Quid enī pulch.
quid iocundū in orbe foret: nisi urbes. nec domus. nec
templa essent? Nā hoīes uelut fera aīmalia ī spelūcis
latitarent. Aurificū uero & metalloꝝ. & se q̄tū studia
& artes non modo honesta: sed iocunda & utilia sunt.
qui uasa ad dei cultū hominūq; ornatū atq; obsequiū
parāt. Taceo de fabrilis siue armatura. q̄ fidelia arma
ad expellendos hostes fabricantur. & alia pluria que
explicari sermone non ualēt. Si igitē fideliter dictas
artes exercēt: honestissimā uitā agunt. p̄sertim si non
ad lucrū: sed ad reipu. cōmune bonū itendāt. & uictū
non questū inde querāt. Tunc enim beatus est talis
artifex. & bene erit ei: qui labore manū suarū man/
ducat. Verūtamen nō desunt eas artes exercentibus
miserie. calāitates. labores atq; picula. Plene. n. sūt dolis
& fraudibus. Fabri uero plerūq; sophistica nō uera fa/
bricāt. blādos uomeres cudūt. blāda arma atq; ifidelia.
molles gladios. & plerunq; toxicatos confitiunt. carius
fabrilia sua uendere conantur q̄. ualeant. Rursus arma
uendūt infidelibus. nec sua arte cōtenti: alienas inq̄rūt.
De quibus ait Ysaías. nunqđ sculptile cōflabit faber?
O quot falsas ferri fabricatōes. & p̄ calibe cōmutatōes.
quot sophistica ferramenta. quot falsas cemētatōes.
quot lapides lignoꝝq; sculpture. & picture falsas ope/
ratōes machinant. Aurifices uero quot metalloꝝ falsas
cōnexiones. quot sophisticationes. quot dealbationes.
quot deceptorias alchimicasq; operationes. nec repertas

transmutationes. quot metallorū ac monetarū falsas
 commutationes. quot inutiles & caducas deauratōes.
 picturas & colorationes auricalci pro auro. Stanni p
 argento pestiferas uenditiones. quot mineraliū falsas
 perscrutationes agant & conficiant: non facile dicere
 possemus. Sed uerū ē illud Hieremie ad eos artifices.
 cōfusus est inquit omnis artifex in sculprilibus opibus
 suis. Fatemur igitē artes ipse utiles sunt. hūana corpa
 nutriūt: sed animos ad uirtutes non inducūt. Implem
 marsubia: sed a mente non expellunt uicia.

Capitulū uicesimūseptimū de tertia arte mecha/
 nica. uidelicet de nauigatoria & artibus ei subal/
 ternatis. & de utilitate et laudibus earū. Demū
 de laboribus miseris & piculis que eas comitantē.

NAuigatoria siquē tertio loco mechāicis artibus
 subalternat. que eadem cum mercatura uidet.
 quedā tamen singularia tā utilia q̄ inutilia. tā dulcia
 q̄ amara habere dinosciē. Illius autē necessitas & utili/
 tas ex eo patent. quoniā sine illa: tota pene hominum
 societās. tota cōuersatō periret. & cū nulla pūctia aut
 ciuitas sola sibi sufficiat. ueluti ad quā oīa uite neces/
 saria & utilia p nauigātū suffragia facilius & aptius
 res omnes deferunt. Habetq; certe altera ab altera. qd
 ei deest. ministratq; quod supfluit. Demū omnes fere
 insule pirēt aut depopulate essent. nisi p nauigatōes
 aditus ad eas haberet. Adde. quia scđm Aristotelem in
 politica. necessariū ē regno aut ciuitati bene ordinate
 promptā habere nauigationē: si uolūt esse liberi. Nā
 p nauigationem sunt abiles & parati ad lacessendas &
 ppulsādas iniurias piratarū & latrūculorū. Nauigātes
 deniq; multa generi humano utilia asserūt industrie

& sagacitatis. sciunt enim uentos agnoscere. portus eligere.
securioreſ futuras tempeſtates preuident. earumq; ortus
& occaſus preſciunt. ſpeculatur ſuo ſtudio aduentus ad/
uerſantium nauium. Demum nauigantium uita innocens
atq; honeſta eſt. nam & chriſtus nauiculam aſcendit &
traſſeret auit. Apoſtoli idipſum ſepe fecerunt. Rurſus
ab illis oibus cupiditatibus. libidinibus & uoluptatibus.
qui in terra ac ciuitatibus hominibus ſe offerunt: ſegregati
ſunt. & tanto deo ſunt deuotiores. quanto proximiores
periculis. **V**eruntamen habet ars ipſa non paruas
miſerias. calamitates. labores atq; pericula. prout unicuiq;
recte conſpicienti facile intueni libet. Ea enim ars plena
eſt miſeris. dolis ac fraudibus. Taceo eius pericula. Si
enim deeſſent qui naues fabricaret: nullus tanto periculo
ſe exponeret. Quorum dementiam ſapientis miratur inquit.
ponentes ratem in mari: committunt ſe & uitam ſua puo
ligno. cum mare piſcibus: terram autem deus dedit filiis
hominum. Primus omnium romanis perſuaſit nauem conſce/
dere Claudius caudex ob hoc ſic appellatus. quia plurimum
tabularum contextus: caudex apud antiquos uocatur.
de quo dicit Seneca non utilem artem inueniſſe. In primis
itaq; nauicularum ſeu hanc exercetes artem: nauies de in/
eptis putandisq; lignis fabricant paruo tempore duraturas.
& dum homines ſe illis committunt: ſubito dum ludunt
abſorbentur. quod periculum ex fraude nauiculariorum
peruenire diſcoſcitur. Taceo quot latrocinia: nauigates
& pirate in dies agunt. quot furta. quot rapinas. inter
quos nulla fidelitas. nulla ueritas. nullus ad deum timor: nec
ad proximum amor reperitur. ſed qui potentior eſt: per
ſcandalas inuadit. In aliis uiuendi modis: robatores ſunt per/
ſime conditonis. in hac miſera arte qui plura depredat:
eo amplius premiatur & archipirata. ac magnaſſima claſſium
principes conſtituit. Nec refero quod hoſes in man ſubmergunt

aut certe interficiunt. nec dicantur nauigātes: nisi cū aliorum spoliis. piratas enim & hostes fidei dimittunt. fideles peregrinātes & mercatores inermes insequunt. Tandem nauigantes quos apprehendere non ualent: periclitari cogunt. Miserum certe genus hominum: in quibus nullum est humanitatis uestigium. Cum enim natura ipsa impellente. naufragantibus homines committunt: hi tamen naues periclitantes quae tueri deberent: rapiunt. dantes afflictionem afflictis. Adde quae utilis & secura est nauigatoria ars: si aer. si uenti. si maris fluctus. si scopuli rapidi nauigantibus obedirent. Sed longe certior est tempestas: quam tranquillitas nauigantibus. Dei quoque parua sunt terre pericula: nisi maris discrimina experiant. Non enim solum nauigantibus pericula imminet ab hostibus: sed a mari. sed a piscibus. quibus tutius foret inter homines quam inter delphines conuersari. qui carnes humanas sitiunt. Et ut paucis agam. nauigantes id habent: ut periculis suis gaudeant. Scriptum est per sapientem qui nauigant mare: enarrant pericula. Hinc & propheta dicebat. ululate naues in die pauoris maris. Sunt igitur haec artes eatenus utiles & commendande: quatenus earum artifices eis ita utuntur. ut institute noscuntur.

Capitulū uicesimū octauū de quarta arte mechāica
uidelicet de uenatoria & artibus ei subalternatis.
& de laudibus & utilitate earum. & de laboribus
miseris & periculis que eas comitantur.

Venatoria quarta ars est mechāica. sub qua omnis ferarum autem quoque occupatio & piscatura: earumque rerum paratura continetur ut supra tetigimus. quarum artium utilitatem nullus ignorat. Est enim in primis delectabilis. atque ad exercitationem deductionemque temporis

accommodata. & ad modestam hominum recreationem instituta
Quippe & ad salutem corporis perutilis: si debitis loco
tempore & fine bono usufruantur. Adde quia toleranda est:
si ob necessitatem pro pellibus & carnibus: non ob uoluptatem sine strepitu & clamore exercetur. Sed iam
huius artis & uite incommoda. labores atque miseras simul
& pericula commemoremus. In primis itaque quis prudens
gaudium suum in fugacissimis rebus collocat? Deinde
uenatori uacans: melioris negotii diem perdit. Quid de
periculis corporis dicam? Quot foueas uentores precipites
incurrunt? A quas quoque stagna: siluas non sine discrimine
percurrunt. Reges uero & magnates. & si quotiens armis
non uacant: uenationi se dedant. Inter cetera tamen
incommoda. illud paruum non est: quia lassitudinem
senectutem pluresque ex ea infirmitates nanciscuntur.
& ut dici solet. paruo solatio: plures mestitiae comparantur.
Quid dicam de temporis amissione: inutili occupatione.
fructus modicitate. & tandem punibili uanitate? Que
enim maior uanitas: quam post paruam bestiolam leporem
natura ipsa timidam: tot currunt reges. tot milites. tot
cursores. tot bucciarum & comitum clangores. tot ululantium
uociferationes. Et ut paucis multa comprehendam.
in scripturis sanctis neminem sanctum uenatorem legimus.
Esau enim uentor erat: quoniam peccator fuerat.
Rursus inter uenatores scriptura sacra Nembroth commemorat.
qui robustus uentor & oppressor hominum appellatur. Denique
uenatores siluas querunt. ubi uenationis colore: peregrinantes
spoliant atque trucidant. hec est eorum uenatio. hec aucupatio.
Taceo de alia uenationis specie. oppressiua arenaria cum
bestiis decertando. Et ut paucis agamus. uenatores densa
nemora & solitudines inquirunt: non ut uitam solitariam
agant cui se ineptos sciunt: sed ut feris & uolucris conuiuant.
quia hominum

79. li.

uite inabiles sunt. Hinc arti subalternantur macel /
 latorum ars. ceterorumq; coquorum. atq; cauponum
 officine artes. quarū usus potius uoluptas q̄ necessitas
 induxit. Esus enim carnum ante diluuiū incognitus
 erat. Istorum artes uilissime sunt & fraudibus plene
 ac dolis. ut unusquisq; experitur. Vendūte nī carnes
 putridas. ouem pro castro ne. hircum pro ariete. caprā
 pro capriolo. Decipiunt in pondere. fraudāt ī pretio.
 & in re ipsa seducunt. Quo fit. ut dum carnes uendūt:
 clementium corpora ledunt. De ceteris uero huius artis
 partibus: multa dici possunt. puta de piscatura. & ui/
 norum ciborumq; apparatu. in quibus tot cōmictuntē
 fraudes: ut pudor sit ea commemorare. Harum igitē
 artium studia: uentri non menti seruiunt. Tolerātur
 itaq; quatenus sufficiunt ad uite humane alimētum.
 & bonam corporis ualitudinem.

no. 94. ued-

Capitulum. xxix. de quinta arte mechanica ui/
 delictet de agricultura. & de ptribus eius. de cui us
 utilitate dulcore & amaritudine: supradiximus
 in decimoquinto & decimosexto capitulis.

Capitulum. xxx. de arte pastorali. & de eius uti/
 litate. ac incommodis miseris & laboribus.

P Astorum quidem artem nonnulli agriculturę:
 alii uenatorie a tribuūt. utcunq; sit specialis:
 de ea agēdus est sermo. Est igitur utilis pastorum seu
 bubulcorum ars. atq; ad uite humane indigentia sup/
 plendā admodum necessaria. Hic igitē uiuēdi modus
 innocuus est. nemini officit. nature operi itēdit. Re i/
 publice seruit. a multis est segregata facinoribus. & a
 peccandi occasionibus aliena. contemplationi p̄xima.

inutilibus actionibus obuia. eãq; uite formulã: sancti prophete sectati sunt. & sub pastoris nomine: reges et prelatos appellarunt. Quippe cuius nomine glorioso christus nuncupari uoluit inquitens: ego sum pastor bonus. Verũtamen huius artis plurima sunt incommoda labores atq; pericula. Pnmo qdem ut putamus. utilius hominibus foret homines potius amare. colere & alere: qm pecora. Amant enim quod nec se amari sciunt. nec amantibus uicem reddere possunt. Rursus si animalia per te paueris: occupatissimus bubulcus eris. si per alios pecora bouesq; pascis: tu nõ pastor modo: sed pastorum seruus eris. Sed & illorũ furtis fraudibus & dolis necesse ẽ credas. nunc pecora mortua afferẽt. nunc a feris comesta. nunc in precipitium dedita. sed & quotidie noua rumoresq; adducẽt. ex quibus dolorẽ mestitiãq; concipies. Neq; eoꝝ fraudes uitare ualebis ut recte de eis dicat propheta: omẽs pastores p̃uaricati. sunt. Et iteꝝ pastores suos pascit uentus scilicet auaritie. Contra quos alibi scribitur. ue pastonibus qui dilacerãt gregem suũ. Adde animalia ipsa que tantopere alis atq; custodis: multis periculis sunt exposita. que tam crebra sunt: ut plerunq; totũ gregem exhauriant. Vt paucis igitur agamus utilitas incerta ẽ. certa sollicitudo. dubiũ lucrum. manifesta. pericula.

Capitulum .xxxvi. de sexta arte mechanica uide/
licet theatrica & ludis. & de partibus subalternatis.
& de diuersitate omnium ludorum. & de illorum
utilitate damnis & periculis.

Theatrica uero ars ludos respicit. dicta a theatro ubi populus couẽiebat. Hec uero uite formula toleranda est: si ludis homines ad eum finem utuntur:

quibus instituti sunt. Teste enim philosopho propter publicam letitiam homines a pravis cupiditatibus .et a nociuis uoluptatibus retrahuntur ut supra tetigimus. Conferunt denique ludi ad recreationem humani corporis ut uigoriosius laboribus & utilibus artibus uacare possit. Ludus enim moderatus teste philosopho iustus est animi. Nam inquit Seneca. Socrates ludere cum pueris non erubescerat. Et Cato laxabat animum curis paucis fatigatum. Idcirco legum conditores festos instituerunt dies: ut ad hilaritatem publice homines cogerentur: tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Veruntamen plurime sunt huius artis incommoditates. uanitates miserie atque pericula. In primis igitur considerandum est. quia ut mihi satis uidetur: apud catholicos theatra artem minime ponenda nec nominanda precipitur. Nam ut inquit Ysidorus. spectacula crudelitatis: inspectiones sunt uanitatis. que non solum hominum uicibus: sed demonum iussibus instituta sunt. Proinde nihil debere esse christiano cum circensibus insania. que dicitur theatra. nec cum amphitheatrica crudelitate. cum atrocitate arene. cum luxuria ludi. Deum enim negat: qui talia presumit. Quinimo fidei christiane preuicator efficitur: qui id denuo appetit: quod in baptismo iam pridem renuntiavit id est diabolo et operibus eius. Lutatius Silla ut inquit Seneca: primus in circo leones solutos dedit. Pompeius primus elephantos posuit ad spectacula. nec tamen commendantur bonam rem egisse: nisi bonum fuit more nouo perdere homines. Vnde subdit Seneca lauius foret ista in obliuionem ire. Preterea considerent frequentatores ludorum. quod teste Crisostomo super illo uerbo: sedit populus comedere & bibere et surrexit ludere. Deus non dat ludere: sed lugere sed

diabolus dat ludere: ne lugeamus. & dum ludimus il/
ludimur. Adde quia ludus non caret illusionem. a qua
nomen accepit. Vnde Sarra uidit Ismaelem ludentē
cum Ysaac. in quo ludo ut inquit Augustinus uidit
illusionem. que significabat deceptionem. Preterea
demonēs delectantur in ludis uanis. quia uident ho/
mines eis libēter itēdere. & a uia uirtutis deuiare. Vnde
in somno fuit a demonibus dictum cuidam romano:
ut ludi in urbe instaurarentur scđm Augustinum in
q̄rto de ciuitate dei. Deniq; in ludis rara est grauitas.
prompta est scurrilitas. uanitas. stultiloquium. uerba
otiosa. mendacia. uane inspectiones. libidinosae trac/
tationes. in promptu est leuitas. abest modestia. nil
aliud ī his locis accidit: nisi breuis letitia. paruū gaudiū
magna tēporis iactura. puerilis occupatio. Et ut qdā
sapiens ait. ludorum expectator. uauus lusor. insanus.
qui nec honeste geritur: nec honeste cernitur. adeo ut
ignoremus: an sit lusor infāior aut spectator. Rursus
multi fuere quos natura mites fecerat: sed spectacula
uicia docuere. crudelisq; efficere. Nil enim potentius ī
memoriam descendit: q̄ quod uisu conspicitur. audita
facile uolant: conspecte res herēt etiam iuitis. Fugi/
enda ergo sunt ludorum spectacula. ubi ad horam
gaudemus: ut diutius doleamus. & semper uideamus:
quod uidisse semper displiceat. Porro ludorum uaria
esse genera constat. que docuit antiqua illusio. Alii
enim aliis delectantē ludis. quidam spectaculis ferarū.
quidam histrionibus. quidam palestris. quidam aleis.
sed ubiq; uanitas. Quid enī thauros? Quid feras pub/
lice interfici delectationis habet? Quasi non sufficiat
bellorum cruor in castris: urbibusq; dietim effusus. De
palestris uero atq; torneamentis quid dici potest? Vbi
inspector uaniloquus miles insanior. Fit enim seruus

totius urbis. in quo ludo sepe utilior omnium uictor
 euadit. De histrio nū bufo numq; uita: quid dici pōt?
 Nescio quis insipientior euadat: an histrio uel qui de
 histriōne ridet. forte qui pecunias effundit: uanior ē.
 Quotiens enim histriōes de se dominos ridentes uidēt:
 totiens ipsi mirantur dementiam se mirantium. Sepe
 certe histrio: aliquid fingit: quo falso audientes delec/
 tat se uere. Alearum uero & taxillorum lusores. adeo
 spurcissimā artem exercent: ut in ea arte quanto doc/
 tiores: tanto nequiores habeantur. De quibus phūs in
 politicis ait. quia aleatores mortuorum spoliatores &
 latrōes. turpes lucratores sunt. lucri enim gratia op/
 probria sustinent. Vnde & Themistodes grauitissimos
 uiros & reipublice curam gerentes: a ludis leuioribusq;
 solatis arcēdos decreuit. ne respublica ludere uideret.
 Ipse deniq; discebat sauius esse otuari: q̄ turpiter so/
 latari. Ludos uero innoxios ad recreationem: & t̄p̄is
 deductionem christianis non nego. ut musicis instru/
 mentis. ut uidebis statim cum de musica agemus. que
 permittuntur pro loco & tempore.

Capitulum .xxxii. de septima arte mechanica.
uidelicet medicina. & de eius necessitate & utili/
tate & laudibus. Demum de illius abusu labori/
bus & periculis.

Medicine uero ars fateor inter mechanicas. no/
 biliore est: tanq̄ a natura ipsa hominibus dōata.
 quinimo uite humane plurimū necessaria. atq; a deo
 immortalī laudata & honorari iussa. qua corporum
 morbi curantur: & uite interstitia conseruantur. dēiq;
 ipsa huius artis naturalis inquisitio commendatissima
 est. Et ut paucis agam utilis admodum & accōmoda

medicina ē. que nedū corpora ipsa curat: sed liberiorē
ad uacādum animum reddit Nam phō teste: ex bona
corporis ualitudine crescūt uires animi. & bona cor/
poris dispositio animā quoq; iuuat: & ad optia queq;
disponit Sed fateor laudāda plurimum ars medicine
esset: si bonum subiectum. si uirtuti deditum reperit. si
dentq; id ipsum sciēdi genus optimum ac naturalibus
scientiis. infallilibusq; fundamētis cōmunitum: prius
medici addiscerent q̄ exequerent. Sicut enim ut atūt
unusquisq; id agit feliciter quod optime nouit: ita qui
principia medicine ignorat: cuius finis sanitas existit:
ut sanum egrum reddat necesse est. Vidi ego pluriōs
heri aromatarios: hodie medicos. heri barbarum ra/
sores: hodie morborum grauium censores. heri herbas
ceteraq; materialia in apothecis commiscentes: hodie
in principum aulis morbos iudicantes. Si enim etiam
sanando uix nomen boni medici quisq; assumit: quo
nam pacto necando medicandi titulum uendicabit?
Quibusdam itaq; his similibus me aliquando febrici/
tantem uisitantibus. atq; remedia pollicentibus. sed &
causas morbi iudicare conātibus: illud ad Philippum
ut in actibus apostolorum legimus. Dicebam. putas
ne intelligis que dicis. Quibus dicentibus. Etiam. Ego
iterum cum eodem eunucho addebam: quomodo scire
potens: cum aliquis te non docuerit? Mira certe res ē
ut enim inquit Hierōimus fullo nes. metallari. fabri.
lignorum cesores. ipsa quoq; uilia officina exercentes:
absq; doctore esse non possunt. nec experiri audent
que non nouerunt. sola est medicandi ars: quam sibi
passim unusquisq; uendicat. Alii enim a crebro infir/
mantibus medicinam addiscūt. Alii a feminis ut uir os
curent. Alii ab infidelibus audiunt: ut fideles necent.
Alii nescio qbus libellis legunt: ut in miseris corporibus

uniformiter exequantur. & ut aiunt uno collirio ab
 eis incognito: omnium oculos uolunt curare. quo fit.
 ut cecus arte natura: uidentem cecum fatiant. Hi me/
 dicinā nescientes: medicina abutuntur. & artē egregiā
 quam nō nouerunt: profitentur. Medicine excellenti
 & illustri nomine gloriantur. quippe quæ estus gratia:
 pecuniā ut finem querunt. Premiū certe uero medico
 non modo exiguū: sed sordidū. & tanto labori impar
 nec ingenio dignum. Ex quibus huius artis difficul/
 tates & incōmoda in prompto sunt. dum uiris excel/
 lentibus nō creditur: & hac laudatissima arte abutētibz
 premia dantur. Adde quia multa multa hominū taliū
 medicorum insipientia: aut inexperientia forte mo/
 riuntur. & dum unum morbū curare satagunt: plures
 inducunt. Assuefatiū tq; miseros egros: ut sine medicinis
 uiuere non ualeant. quas nisi alijs parandis minime.
 ipsi tangunt nec degustant. Cetera hominum genera
 felicem auram: bonāq; temporis dispositionem optant.
 medici uero aut insanam aut pestiferam. omnes ifir/
 mos esse preter se & suos desiderāt. Quos quidā sapiens
 similes dicit eis: qui funera ad corpora hominū sepe/
 lienda deferunt quos Demoscenes athenis damnauit
 exilio. eo solo quia optabant plurimos mori: ut inde
 lucrū caperent. quod contingere non potest sine mul/
 torum morte. Taceo quot morborum prolongatōes:
 quot pestiferas potiones. quot infirmitatum commi/
 nationes misens infirmis ingerunt. & quot abstinentia
 aut simplici uictu. quippe uel herba si scirent curare
 poterant: sumptuosis ultramarinis qppe & adulterinis
 materialibus. que ipsi aut uendunt aut illorum lucrū
 participant. curare potius inficere humana corpora
 moliunt. Rursus medici causas & naturas egritudinū
 dicunt subtiliter. dantq; sanitatem uerbotenus. a deo

ut sicut quidam sapiens dicebat. cū eos audimus mor-
tuos posse suscitare credēs. paulo tamē post cernimus
inanem esse eandem sanitatis spem. quam ilico īspata
mors intercipit. Sed quid plura? Absit ut de medicis
quicq̄m sinistre dicam. In manibus enim illorum sepe
meis peccatis incedo. Itaq; mihi ceterisq; mortalibus
sanum foret consilium eos non exasperare uerbis: sed
demulcere obsequiis. Quare nec ego sc̄tate audeo quod
omnes clamant. latrones enim sicari. uenefici. homines
inhūaniter occidunt. medici tamen humanissime. atq;
offitiosissime & solenniter interimunt. Et si qui aut
diuino munere aut nature uigore cōualescunt: ipsam
diuinā grām tēporisq; beneficium pecuniā uendūt. dū
eis sanitatem a tribuūt. Nec indignentē medici q̄ eorū
artem mechanicam dixerim. Nam dicere possunt in-
congrue medicinā esse mechanicam: quia est de corpe
humāo. ex ea parte qua infirmatur & sanatur. Quod
quidem corpus est intellectiuum. quia dicendū ē sc̄dm
Alfarabium: q̄ hoc non probat medicinam non esse
mechāicam. Primo quia licet sit de corpore humano:
nō tamen opat̄ ī eo medicīa pp̄e sc̄dm q̄ ē intellecti-
uū: sed sc̄dm q̄ ē sēsiuū & uegetatiuū. Medicīe autē
ad hoc ualēt. p̄mo ut iuuet̄ uegetatiā potētia & sēsi-
tiā ī opibus suis. Fateor tamē q̄ aliq̄do accidit. ut īde
iuuet̄ ītellectiā. q̄a sedatis doloribus: liberius uacato-
ribus ītellectis. Secūdo hoc patet. quoniā Aris. in li. de
animalibus tradit doctrinā de hūano corpe simul cū doc-
trina brutali: tamē naturalis sc̄ia speculatiua ē. medicina
uero ē opatiua & mechāica.

Capitulū. xxxiiii. de arte mercandi & uendendi
que ipsa mechanica est et sub nauigatoria con-
tinetur. & de eius necessitate & utilitate. & demū
de illius infelicitate fraudibus dolis atq; p̄culis.

Mercatura uero que ad nauigatoriā pertinet
 utilis admodum est ad supplendas inopias pro-
 uinciarū. & sine illa cōmerciū inter homines haberi
 uix posset. huius autem mercatorie artes tres sūt ptes
 ut ait philosophus in. t. politicorum. s. marelaria id est
 per mare ferens merces. que nauigatoriā dici potest.
 secunda est oneraria. tertia est assistentia qua quis as-
 sistit mercatoribus ī pecunie & aliarum rerum cōmu-
 tationibus. que omnes mercature species a Plutarcho
 cruribus corporis humāi recte cōpantur. ueluti enim
 crura hominis huc atq; illuc discurrūt pro necessariis
 humani corporis: sic mercatores pro necessitate corpis
 reipub. Rursus sicut coxe & tibie sustentant corpus:
 sic mercatores rempublicā suis mercibus sustinent. Ex
 quibus aperte conspicitur necessitas & utilitas huius
 artis. quare merito ut ait Hugo commendabilis est.
 ueluti que diuersas ignotasq; gentes conciliat. bella
 sedat. pacem firmat. & tandem priuata bona ad com-
 munem omniū usum immutat. Est igitur mercatura
 non modo necessaria: sed accommoda utilisq; reipub.
 & ut inquit philosophus & non infimū utuendi genus
 si ipsorum mercatorum finis ad releuandas indigētias
 communis reipublice tendit. sed si cupiditatis gratia
 quis mercaturam exercet: uix erit innocens. Sunt enī
 eius artis incommoda & pericula plurima. idq; ex eo
 maxime constat. quoniam scđm sententiam sanctorū:
 uix mercatura sine peccato potest exerceri. Quis enī
 huius artis dolos. fraudes. iniquitates & scelera narrare
 potest? Profecto non est dictu facile. Et si cetera ta-
 ceam. quot false rerum uenaliū laudationes. quot
 mentite rerum emptibilium uituperationes. quot de-
 fectuum occultationes. quot false aut diminue men-
 surationes & ponderationes. quot false mercantium

commixtiones. quot mendacia. quot periuria. contra
quos inquit Ambrosius. O mercator seculi. compator
infernus: cur in fraudem & deceptionem conuertis na/
ture industriã? Cur affectas reꝝ defectus? Cur optas
pauperibus sterilitatem: ut domui tue compares do/
losam fecunditatem? Exploras quando erit sterilior
proventus. quando rerum inopia. Hanc uocas indus/
triam: que potius est calliditatis & cupiditatis astutia.
& quod tu remedium dicis: commertium nequitie potius
& latrocinium est. Et sequitur lucrum tuum damnum
multorum est. Et ut paucis agamus. omne huius artis
offitium eo tendit ut ea utentes lucris intendant. ui/
lius emant. carius uendant. proximos decipiãt. Hos
signat Valerius cum ait insidiosissimam fore artem:
que inopum sanguine pascitur & mendatus ut ueritatis
instrumento iuuat. ac fallacia quasi preclaris artibus
gaudet. quoz fraudibus nõ tã alios q̃ se ipsos fraudãt.
quia teste Crisostomo qui simpliciter negotiantur. in
omnibus prospant. q̃ uersantur: in dolum eis omnia
aduersantur. cum scriptum sit i ezechiele. totam ant/
uersationem uite uertunt ad lucrum. ideo non perse/
uerabit substãtia sua. Et iterum fraudabit eum pecunia
sua. Taceo de usura: que uix a mercatura separatur.
Ceterum de camporia sileo & pecunie commutatiua:
que huic mercandi arti subalternatur. i qua tot doli.
tot fraudes. tot rapine sunt: quot nummos campor
habet ipse. Harum itaq; mechanicarum atq; simili/
um artium sectatores. ultra alia incommoda. teste
philosopho inepti sunt ad politizandum: Quinimo
apud antiquos huiusmodi artibus uacantes: prohibe/
bantur participare nedum principatũ: sed magistratũ
& consulatum ut supra deduximus.

Capitulum tricesimum quartum de artibus liberalibus in genere & de illarum commoditate. & abusu laudibus & damnis dulcibus & amaris.

Liberales uero artes plurimum fore utiles ad instruēdos iuuenes. & necessaria admodū sci arū genera: nullus sane mentis dubitat. Nec tu ignoras. qui in puerili agetis illis imbutus es. que ut nosti septē numero sunt. & in duo genera diuiduntur. quia prime tres primordiales artes uocantē. uel p̄ma sciēdi elemēta uidelicet grammatica. dyalectica. rhetorica. Quatuor uero sequentes scilicet astronomia. musica arismetica & geometria mathematice appellantur id est doctri/ nales. quia per certas demonstratōes docent. ut statim subiueniunt. Quare autem liberales appellantē. & circa mathematicas que fuerint cause inuentionum earum. & que sit earū natura. utilitas seu icōmoditas: subitiuā. que & si tibi nota sint: uolo illa tibi ad mētē reducere ne illarum oblectamentis allectus: dum illis te totum exhibes: digniora atq; excellētiora ad que illa ordi/ nantē pretermittas. Appellantur itaq; ut nosti. septem ipse artes liberales triplici ex causa. Prio ut distiguāt ab aliis illiberalibus. ut mechanicis & ceteris seruilibus artibus. que ideo sunt illiberales: quia ordinātur ad corpus. Animam autem & itellectum: male disponūt ad usus & actiones uirtutū moralium & intellectualium. uel ad usum perfectissime uirtutis: que est felicitas. Ex quo potest elici alia p̄p̄rissima causa. quare uocantur artes liberales. uidelicet quia scđm eas homo p se disponitur scđm itellectū ad optimū finem. ueluti usum uirtutum moralium & itellectualium. uel ad usū perfecte felicitatis: que est speculatiua. qui aut talia cōsiderāt: naturaliter sunt liberi. q̄a nō sūt seruales:

cum intellectu uigent. ideo recte artes ipse liberales dicuntur. Fateor tamen scđm phđm in octauo polie. qđ utile & cōmēdabile ē participare aliqđndo liberales artes & mathematicas: qđq; usus ordinatur ad exercitiū excellentiorum doctrinarū usq; ad certū terminū. sed continue & assidue exercere se in eis usq; ad quācūq; pfectōnē nō nunq; nociuū ē. quia cōtinua cōsideratio illis: retrahit aut simpliciter aut p pte ab usu uirtutis moralis. Tertia uero causa est qđre liberales dicūt. qđ liberales id est expeditos & exercitatos animos reqrunt. eo qđ subtiliter de reū causis disputāt. & de illis pleiq; que a sensu remota sunt. Alia causa est. qđ antiquitus tantūmodo liberi id est nobiles & īgeni: eis studere consueuerunt. Plebei uero & ignobiles studebant in mechāicis ppter pitiā opandi. corpālis. n. opatio pius congruit plebei. otū aut & studium nobilibus scđm Hugo.

Cap. tricesimūquintū de p̄mis duabus liberalibus artibus. uideli. grāmatica & dyaletica. & de ortu earū & causis qđre inuēte sūt. & de illarū laudibus & utilitate. ac demū de earū abusu & icōmoditate.

Post qđ egimus de liberali. artibus ī genere. supēst ut in spēcie eas breui sermone tāgamus. Primo igit de grāmatica & dyaletica agemus. De rhetorica uero in sequenti capitulo diseremus. Vocantur itaq; tres ipse artes p̄mordiales qđ circa p̄ma literarū elemēta uersant. Per eas enim aut de congruitate. aut ornatu sermonis. aut deniq; de orationis ueritate & falsitate p̄ncipalius agit. Pr̄ta itaq; grāmatica scđm Alfarabiū a litens nomē accepit. que mater est aliarum artium. Fuit autē causa & modus inuentionis eius quoniā cū boēs inordinate atq; ad libitū & sine arte loquerent:

66

p. 1.

eueniebat ut minus bene conceptus suos exprimere. sedet minus apte audientes intelligere ualerent. quo fiebat ut tardius intelligere & intelligi. ac difficilius scientias tradere possent. Qua de re curarunt sapientes has incōmoditates tollere tradideruntq; artificiosum loquendi modum. uniformem quidem ac congruum. ut omnes conceptus humani. demum cuncte doctrine per eandem artem aptius & liberius significarentur & addiscerentur. Verum & si utilis & necessaria ars grāmatice sit: quo tamen pacto inter scientias ānumereē: plurimi dubitarūt. pro eo quia grāmatica ipsa solū circa peritiā recti sermonis uersatē. sermo uero trāsit. scientia autē est de permanētibus. Adde quia hec ars pullire linguam non animum nouit. nec intellectum dirigere sed labia. Accedit quia nō ppter se: sed ppter alias inuenta est. quare instrumentum sciēdi potius q̄ scientia scđm quosdam dici potest. **L**ogica secūda est liberalis ars que & rationalis dicitur. ipsa enī diffinire. querere. respondere. uera a falsis diiudicare. ac subtiliter disputare docet. Necessaria certe & utilis ars quia scđm Hugo. in didascalicon. per eam subtilibus obiectiōibus latens ueritas reperitur. Causa siquidem inuentionis eius putilis admodū fuit. cū enī in pbificis plures suborirentē opiniōes & cōtrarietates: decreuerūt sapientes de modo altercandi artem tradere. Videbāt enī quia non posset facile pueniri ad alicuius scientie certitudinem sine peritia disputandi. Hanc Salomon omnū sapientissimus in pro uerbis addiscendā admonet. dum nos hortatē ut itelligāus sermones prudētie. uersutiasq; uerborū. nec non parabolas & obscurz sermonē. & dicta sapientū simul & enigmata. que omnia ut Hieronimus ad magnū oratorē ait: dyaleticorum & oratorum sunt. Sed & Augusti. pro eo inter cetera

logicā cōmēdat. quia exercitatiōra politioraq; reddit
ingenia. Sed certe si dyaletice fructus. si finis attēdit:
utiq; reperiemus. quia potius ingeniū ināiter fatigat.
q̄ utiliter perficit. Nam & si condisputantem uiceris:
non fructum: sed uerborum folia consequeris. Hinc
Gregorius. si logistica inquit disputatio quid aliud ē:
q̄ uerbis contendere & audientes subuerrere. Abutuntē
enim eā arte plurimi: dum confidentia clamoris uer/
boꝝ ueritatem impugnāt. Rursus quisq; ea doctrina
uersaris. necesse est contentiosius loquaris: quidquid
probare non potes. quia ut inquit Augustinus con/
firmationem sumit ab homine: quidquid nō habetur
ex ueritate. Sed & illud uerum est. quia sepe nimīū
altercando perditur: dum inquirē ueritas. quod satis
dolendum est. Id ipsum quod ad ueritatem iuādā
institutum est: ad eam obfuscamdam occultandamq;
cum hominum labore studiosissime queritur. Vnde
Augustinus in de doctrina christiana execrabilē dicit
artē sophisticam disputādi & libidinem rixādi. quam
admonet cauēdā. Si enī doctrina foret pietatis: neq; q̄
sacre litere tantopere eam detestaretur cum aiūt. qui
sophistice loquitē odibilis est. In ea certe ut ipse Aug.
ait uictoria uerborū: & ostentatio ambitiosa queritē.
nec modo tardos: sed plerunq; ingeniosos decipit.

Capitulum tricesimum sextum de rhetorica que
tertia est liberalis ars. & de eius ortu & utilitate ac
laudibus. Rursus de eius abusu. & qualis debet
esse orator. & ad qd̄ ualeat eloquentia sine sapi/
entia. & quomodo aliquando est mortifera.

Rhetorica tertia est liberalium artium. sic dicta
quasi ornatus sit locutōnis scđm Alfarabium.

Veluti enim per grāmaticā congrue loquendi artem
 addiscimus: ita per rhetoricam ea ornate proferre que
 didicimus. ex qua re potissima causa illius inuentōnis
 sumitur secundum Hugonem. Est igitur butus artis
 summa uis. ingens laus. Nā ut inquit Seneca magna
 res est eloquentia. nec adhuc ulli indulsit: ut totam
 contingeret satis felix est qui in aliqua eius parte re/
 ceptus est. Hec certe ornāmētum est aliarum scīarum.
 quia ut inquit Cassiodorus quidquid in aliēa doctrīa
 concipitur: ab ista sub decore profertur. Vnde in ec/
 clesiastico scribitur. tuba & psalteriū faciunt melodiā.
 & supra utrunq; lingua suavis. Et iterum fauus mellis
 uerba composita. Et rursus scriptum est. quia sapiens
 in uerbis suis monstra placauit. De laudibus uero
 eloquētie repete que supra diximus i. xxxiiii. capitulo
 in principio. Sed certe hec ars plurimos fallit: dū suos
 sectatores dicere nō scire docet. instruit dulciter uerba
 carpere non utiliter sapere. Et dum uerborū suauitas
 queritur: uera rerum sapientia amittitur. atq; utinam
 tātus hodie esset hoīm labor ad recte beateq; uiuēdū
 quātus ad ornate politeq; dicēdū. Hinc Firmianus
 Lactantius. utinā tā multi benefacerent: q̄ bene loq;
 uidentur. Adde quia pleriq; ea utūtur nō ad salutem:
 sed ad perniciem. Acerbissime quidem illud referendū
 quippe & dolēdum arbitror. ut uidelicet ea que teste
 Cicerone a natura data est ad bonorū hominū cōser/
 uatōnem: in pestē & nocumētum uertat. Simplex .n.
 est ueritas & recta. splendore aut uerborū lenocinio nō
 eget. quāmo ut noster Quintilianus ait. suspecta ē cū
 ornatē fingere nescit. Nā quō igt fabricabit fientū
 que uix elimatū depromit sermonē? Ipsa uero por/
 nata locutio plus proferre q̄ conferre solet. Ut uerū
 sit qđ quidā sapiens ait. q̄a garrulosa dicēdi festiuitas

plus sonat q̄ ualet. multūq; habet inanitat̄is & uacui.
Idq; noster Seneca. nō negauit dū in declamatōibus
ait. q̄a raro hec inter se coeunt: ut eadē uox sit dulcis
& solida. Hinc Didimus ad Alexandrum. artem loqui
bene loquendi non discimus. nec facundie rhetoricoꝝ
oratorūq; operam damus. Cuius offitiū est fabulātes
sermonibus ficmentare mendacia. & innocentie fidem
conferre criminibus. qui dum putant se aliene laudis
fructum per iniquam uictoriam rapuisse: nesciunt se
sue conscientie perdidisse nitorem. ut recte experiāte
illud Lactanti. q̄a multis sua etiā faciūdia mortifera
ē. Rursus ueluti ip̄a artificiosa dicēdi ars suos alūpnos
decipit: sic & ab eis fallitur. parēq; ei uituperii uicem
reddunt: dum eloquentie aut rectoris falso nomine
gloriantur. eamq; tanto fedius deturpant: q̄nto nullā
eloquentie attigerunt. Quippe nominari eloquentes
delectantur: qui nondū loqui inceperūt ne dixerim
didicerunt. Est enim modernorum hominum ingens
numerus. qui in eo se ueros rectores perfectos atq; fa/
cundos oratores euasisse putant: si post pauca q̄bus
insudarūt grāmatice literas. postergatis ceteris p̄claris
sententiis. que ipsam eloquentiam nedum illustant:
sed confitiūt. ilico facundie studisse dedant. librosq;
Ciceronis & si uis nostri Quintiliani perlegant. Lōge
certe aliter idem Cicero moderna deplorans t̄p̄a in eo
libro s̄tebat: quē de oratore ad Quītū frēm edidit.
Longe secus & ipse Quintilianus cum de oratoris in/
stitutione ageret. rax̄ enī aut nullū fatentur optimū
esse ea etate oratorem. Cuius rei illam asserunt non
insulsam fore causam. nam oratorem inquit ī omni
sap̄te genere persuadere oportere ut que alibi didicit:
cum splendore dicendi proferat. adeo ut qui uerum
oratore audit. scire & intelligere plus q̄ ceteri arbi/

tretur. Quod utiq; nisi diuersis sapiētie titulis lustretur:
 efficere nō ualebit. quo enim pacto in sacris literis illē
 psuadebit: qui eas nusq; legit? Quoue ī naturalibus
 qui Aristotelem non uidit? Quomodo ī moribus aut
 iure ciuili perorabit: qui earum scientiarū ne dixerim
 expertus est: sed nec p̄ncipia nouit. Ea de re Cicero mi-
 rari desinit paucos admodum fuisse oratores: cum eos
 aut omnia aut multa scire oportet. Que omnia hoīes
 complecti perq̄m difficile est. Hinc Augustinus in de
 doctrina christiana ait quēdam sapientem dixisse. q̄a
 oratorem oportet nō modo delectare: sed docere. nec
 modo psuadere ut flectat: sed ut uincat. Cōstat itaq;
 ea omnia non nudis uerborum foliis: sed multiplici
 sapientia comparari. Talis ergo eloquentia a sapiēte
 prolata omni dulcore mellis dultior est. de qua in ec-
 clesiastico scribitur. sapiens ī uerbis amabilē se reddit.
 Vt igitur partes laudate eloquentie quis assequatur:
 necesse est uaria scientiarum supellectili constipatus
 existat. Idq; in prouerbis Salomon p̄monuit ī gens.
 stude sapiētie ut possis digne proferre sermonē. Qua
 sentētia contemptibilē asserit facundiam: nisi scientia
 & sapientia fuerit condita. ¶ Fateor ergo hominum
 mens hodie deprauata. quinimo & penitus obcecata ē.
 adeo ut frondes pro fructu capiant & fumo pascantur:
 dum se igni appropinquare putāt. Hoc est certe illud
 tempus quod Apostolus ad Thimotheū presignabat:
 cum poetarū fabulas ac ficmenta pro ueritate ac sana
 doctrina fideles accepturos ī spiritu deplorabat. cum
 ait ueniet enim tempus cū sanam doctrinam non sus-
 tinebunt: sed a ueritate quidem auditum auertent. ad
 fabulas autem conuertentur. Adde. q̄a teste Augustino
 Cicero ipse & ceteri qui rhetoricam docuere falsi sunt
 eloquentiam sine sapientia obesse plurimū. & p̄desse

nunq̄. sapientiã uero sine eloquẽtia plurimũ pfuisse.
Hinc apostolus ipse uas electionis ad chorinthios de se
loquens palam faretur se imperitum fore sermõ: sed
non scientia & sapientia. tantum tamẽ proficit q̄ntũ
mundus capere potuit. & humana ingẽia sufferre ua/
luerunt. adeo ut plus ceteris doctrina & predicatione
proficiens: unus ipse doctor gentiũ meruit appellari.
Ipse deniq; & si rhetoricis coloribus non usquequa;
utebat: adeo utiliter disputabat: ut omnes sua sapia
suparet. Non utiq; ut ipse alibi ait uincebat i persua/
sibilibus humane sapientie uerbis: que ad eloquentiã
referũtur. quare fideles summopere admonet. ne de/
cipiãtur in sublimitate sermonis. Nouerat enim q; ad
eundẽ sensum Iob dixerat. frustra inquit homo apit
os suũ. & absq; sapiẽtia uerba multiplicat. Nec idipm
gentiles ueteres qui eloquentie studia miro cuderunt
ingẽio negare uident. Quippe arbitrati sunt eloquẽ/
tiam non debere iudicari atq; laudari uerborum solo
splendore: sed scdm grauissimas sententias a uera sapia
sapienter elicitas. ut explicare libet. & gratia exempli
dixim. In confitendo dyademate siue anulo absq;
proportioẽ: longe plus conferre uidetur q; carbũculũ.
q; gẽmas. q; aux; offert: q; aurifex qui mõ ea auro ligat
formãq; simplicem adicit. Omnis itaq; referta oratio
gẽmis sapientie & sententiarum pondere perficit. nõ
solis uerboꝝ flosculis. piaz; ergo substãtie uel uirtutis
aut solide pulcritudinis orationi afferre uideẽ: q; solũ
rhetorice & eloquẽtie uacat. ueluti q; nuda ex aliena
pretiosaq; materia uerba ligat. Qui uero nõ mẽdicãdo
sed sua diffundendo p̄tiosiora ministrat: lõge pluri
conferre uisus erit. Famulatur itaq; teste Augustino
eloquentia sapiẽtie. nec mirũ ut Hieronimus ait ad
magnum oratorem. si propter eloqui uenustatem &

dicendi ornatū sapientia ut domina ea utatur. & ali/
quando de acilla atq; captiua ppter eius uenustatem
fariat liberā israelitē. que & tā diu honorata icedat:
q̄ diu dominā sequit̄. sitq; cōtemptibilis: cū sola absq;
domine splēdore prodire & placere gestit. Postremo
audi quid Augustinus dicat. ait enim quia eloquentie
solum uacantes minime ingentosi habentur. Quid enī
inqt prodest clauis aurea si aperire nō potest? Aut qd
obest lignea si potest? Agam igitur finē si illud unū
dixerim. quia q̄ sine sapientia eloquentiā profitētur:
uāitati inīti fatentē. Nā nudo uerboꝝ ornatu uacā/
tes: hūanitat̄ studia se iactant affecutos. cū enī teste
sapientē uana sūt studia hoīm. recte oratorū exercitia
studia humanitat̄ sūt q̄ppe & uanitat̄: dū uāitati
sermonis incūbunt. quos pulcre idē sapiēs alibi digito
tāgit. uerba inquit pferūt pluria multaq; in dicēdo &
disputando uanitatē habentia. Sed & Hieremias ad
eūdē sēsū. doctrina inqt uāitat̄ eoz̄ lignū ē argēto
inuolutū. Lignū inq̄ siccū est atq; aridū. idq; ut splē/
deat argēto inuoluit̄. Nec aliter rhetoz̄ uerba arida
sūt ueluti nullo sapie hūore aut sentētiarū splendore
hūectata. q̄re ut fulgeāt argēto nude eloquētie sup̄i/
uoluūt̄. Quo fit ut uerissim sit eoz̄ studia seq̄ hūani/
tat̄ qn̄ potius uāitat̄. Adde que diximus i p̄fatione
huius libri. que incipit Verz̄. ubi aliqd diximus usq; ad
mediū capituli.

Capitulum tricesimūseptimū de mathematicis
scientiis in genere. & de earum ortu & fine.

Mathematice uero doctrinales uocant̄. quia per
certas demonstrationes quantitatis continue
docent. ut statim subitiemus. Has phūs methaphisice
cōnumerat & cum illa cōueniūt. q̄a utraq; cōsiderat

de quantitate continua. sed dispariter. Metaphisicus enim considerat de omnibus quantitatibus prout sunt entia. ut ait philosophus libro quarto metaphisice. Sed mathematicus considerat de quantitate ut de subiecto. & de illa principaliter agit illamque demonstrat. Et quia quantitas multiplex est aut saltem quadruplex: ideo quatuor sunt mathematice. Prima. n. & nobilior quantitas est circa dimensionem omnium celestium corporum in se. & inter se per distantias & dimensiones adinuicem. etiam respectu motus & situs illorum. & circa istam quantitatem uersatur astronomia. Alia est quantitas respectu auditus. circa sonos & uoces. Nam humana curiositas uidebat in somnis esse delectamentum: quesitum est eam eius. ut sibi posset per artes tales delectationes facere & continuare ut dicit Boetius in primo musicae: unde docuit quantitatem uocum sub una concordia & consonantia sonorum coniungere. & in una proportione numerali deducere. & hanc proportionem & quantitatem sonorum uocamus musicam. Tertia quantitas respectu numeri uersatur que dicta est arithmetica. id est uirtus numeri. quia considerat quantitatem numerali & proprietatem eius ut ait Isido. Hec certe ars magne uirtutis est. quia nulla aliarum trinum indiget. alie uero hac plurimum indigent ut ait Boetius. Quarta uero quantitas uersatur circa mensuram que dicta est geometria id est mensura terre. que ortum habuit secundum Alfarabium in egypto. Cum enim post Nilum inundationem possessiones omnes obducerentur limo. ad hoc ut deinceps possessiones certitudinaliter distinguerentur: ceperunt terram lineis & mensuris metiri & parti. ut sic certi limites ponerentur in possessionibus. A tali igitur primaria mensura terre scientia mensurandi nomen accepit: que geometria dicitur. Postea uero creuit inquisitio eius. & deuentum est ad lineas & circulos & triangulos. & ceteras figuras ad eiusdem artis perfectionem.

20

p. 1.

Capitulum tricesimum octauū particulariter de
p̄ma sciētia mathēatica. uidelicet de astronomia
& de eius laudibus & utilitate. demum de illius
incōmoditate incertitudine laboribus & damnis.

Astronomia itaq; p̄ma ē mathematica. & quam
antiqui mathesim penultia breui appellabāt:
cāq; utilē pbabilēq; habuerūt. quia ut ait Polieratus
natura illā inducit. ratio pbat. & utilitatis & experiētia
approbat. qui hanc sequūtur: curiosiores sūt celestiu
ut iuestigēt de singulis. que sub lunari globo cōtinēt.
utilis certe ad naturales effectus prenoscēdos. Illa enī
de siderū motibus magnitudine & distātia ptractat.
Euocat enim hoīes ab his cnebris & grosso acre: & in
superiōrē illā lucidissimāq; celi domū toc luminariibus
distinctam: oculos & animum inducit. Est. n. iocūdū
fixas stellas; imagines discernere. & erraticas suis locis
nominibusq; designare: earumq; coniunctōes. Demū
solis & lune defectus: longe ante predicere & p̄uidere
ex quibus plurima commoda cōseqmur. & non parua
pericula & incōmoda uitamus. Rursus nō ē dubitādū
ex motu celestium corporum plurimos futur os rerum
euentus dependere. p̄sertim in illis q; ex nostro libero
arbitrio nō pcedūt. Vnde scām doctrinā sāctoꝝ. non
sūt culpādi: q; naturales effectus stellarū & planetarū
nouerunt & predicūt. Nā & in genesi legit̄ luminaria
celi ad hoc producta esse: ut sint i signa & tempora &
dies & ānos. Paret ex predictis excellentia & utilitas
huius artis. **V**erū scām Alfarabiū hec ars pro parte
mendax est: & hominibus signota. Quis. n. hoīm hodie
nouit oīm: & tam diuersarū stellarū diuersas naturas
& effectus. & postea uirtutes ex omibus mixtas: ut cū
certitudine determinet euentus. etiā naturales i elemētis &

elementatis contingentes: ut absq; dubio dicere possit.
taliú stellarú cõiunctio facit necessario si cecitatem: et
taliú cõiunctio facit aquaz; abundãtiã. & taliú
pestilẽtiã. & taliú mortẽ diurnã. & taliú mortem
celerem: idubie nemo nouit. circa arcana ista certum
dicere: sed per cõiecturas fallaces asserunt aliq; ex his
que contigerunt aliquãdo. & nõ accidit uniformiter
sicut dicunt. Et ideo astronõia iudiciaria fatua dicitur.
& ifatuatiua eoz; q; sibi uacãt scđm eundẽ Alfarabiũ.
Irridenda certe est taliú hominũ dementia: ut scire
uelint: que in celo aguntur. q̃si cõsilio celestium inter/
fuerint atq; recenter inde uenerint: cũ tamẽ qd i terra
qd i domo. uxor aut soror eius egerit: ignorẽt. Noui
ego quosdã astrõimof uxores habere nõ satis pudicas.
ipsi tamen de aliaz; impudicitia cõiectabãt. Plurima
itaq; incõmoda humão generi. ex his futurorũ p̃scrui/
tationibus mathematici asserunt. Sed ultra predicta
imminent alia incommoda & pericula. Nam raro et
difficiliter sectatores huius artis i tra moderatõis metas
cohibentur: sed cupiditate quadã futura p̃noscẽdi.
ad diuersa uanitatũ genera eius uelamento homines
trahuntur. ut teste Polycrato non tam phie species: q̃
quedã impietatis disciplina sit. & tandem i mathesim
producta penultima conuertat. Dilatant. n. plurimi
filaterias huius artis. ut constellationibus & planetis
nimiũ uirtutis attribuãt. & eis nescio quã auctoritatẽ
p̃stant in cõtumeliã creatoris. Et iuxta apostolũ ad
sobrietatem nõ sapiẽtes stulti facti sũt. Celestibus enĩ
constellatõibus attribuũt uitã & mortem. ceterosq;
euentus hominũ predicere conant. & cetera que pater
posuit in sua potestate. nõ attendentes que p̃ p̃phetã
deus ad illos irridens ait. dicite mihi que uentura sũt:
& dicam quia diu estis. Sic igitur mentes hoĩm futura

prenoscere cupientiu illudunt: ut tade liberi arbitri
 pimat libertatem. qui pariter & eis credentes utinam
 illud considerarent. quia altissimus sideribus ac stellis
 tatum dedit uigoris quatu uoluit: sibi tamen retinuit
 totius opifitu principatum. Que omnia ipsi auctori
 deo exhibent famulatum. Iuxta illud. celi enarrant
 gloria dei. A deo. n. hi homies diuine puidencie illiusq;
 boitati & potestati detrahut: ut asserat aliquē fau/
 stū aut fortunatū eē posse ex cōstellatiōe natiuitatis
 sue. A qbus ut qdā sapiēs ait querēdū eēt. an credāt ira
 dei quibusdā plerumq; regna & dominia ablata fuisse
 simpliciter: & eius gratia & beneplacito alius eē collata.
 Rursus nū credūt q eadem diuina ira uel gratia dei.
 aut aliquorum precibus potest placari: ut bona data
 non auferat. & mala merita nō inferat. que omnia in
 sacris lris sepe facta esse legimus. Quod si ea uera fore
 credunt: necesse est illos etiā credere quia cōtra uolū/
 tatē creatoris huiusmodi bona homibus nō pueniāt.
 nec eis auferantur: sed infallibiliter uerum sit cuucta
 bona & mala mortalibus ex dei beneplacito puenire.
 Vnde doctissimus Guillelmus cancellarius parisiēsis
 pulcre i eo quē de uniuerso libro edidit: refert facete.
 qa cū unus ex astronomis cuidam ex illius natiuitatis
 cōstellatione magnā dignitatem polliceretur. Ille ab
 astronomo quesuit. Nū si deus nollet: ille dignitatē
 assecuturus esset. Cui respondit nullo pacto id effici
 posse. Rursus quesuit. an si deus uellet. astra & eius
 natiuitas possēt impedire: ne dignitatē assequeretur.
 Similiter respōdit negatiue. Tūc ille. Cū ergo utrūq;
 sit in dei arbitrio: totū ei comito. Quod uero obitūt
 lumina celi producta esse: ut sint in signa & tēpora:
 fatendum ē in naturalibus. Erraret. n. medicus: si fle/
 botomaret i certa lunatione uel signo siderū. Signāt

ergo sidera futura tempora. an naturaliter erūt sicca
uel humida. Secus ineuentibus hominū. qui ex arbi/
trio pcedunt. & per rationē dirigi possūt. Tales enim
astris nō subitiuntur. Pendent. n. ex intellectu quem
scđm philosophū cōstat esse ab extra. Fatendum est
tamen quia inclinatiue astra disponūt certos homines
ad certos actus. presertim eos qui nō resistūt passiōibus.
nec sequūtur rationē. Quo sensu dixit Ptholomeus.
quia solus sapiens dominatur astris. Stultorū autem
infinitus est numerus. Significant ergo astra quedam
naturalia in terra. nec ad illa homines cogūt. quinimo
ea facile uitare possumus. ueluti exempligratia. ele/
uatio manus cū gladio: signū est eminentis pmissiōis:
nō nūq̄ tamen in locū resoluit. Rursus aliud exēplū
succedit. si in capite alicuius uici aut strate urbis uide/
mus ignem accensū. & uentū ualidū ex ea parte: certe
cōtectamur domum ligneā. quam ignis & uētus petit
cōburendā: tamē aq̄rū copia aut alius remediū uitari
potest. O quot felices principes. quot uiros clarissimos
fefellit atq; ifelices reddit hec tam falsa & auida futu/
rorū euentū inq̄sitiō. Testes sunt inter ceteros tres
omni seculo percelebres & memorandi uiri: Pompeius
Crassus & Cesar. q̄bus teste Cicero e caldei omnes ma/
thēatici: ceteriq; aurispices p̄claro fine in patria mori/
tuos pmisere. quod an uerū sit: mestū est cōmēorari.
ferro. n. omnes cesi. duoq; lōgissime ab italia inhūati:
ferarūq; morsibus expositi fuere. Ea igit̄ atq; maiora
quippe & deteriora his prouenire assiduo cōspitimus:
quos felices astronomi presagiunt. Nec tamen hūana
mens futurorum auida auerti uult: ne illorum nugis
credat. Mira hominum leuitas. mira credēdi facilitas.
uerius dixerim fatuitas. Quā non parū Cicero mirat̄
qui longe magis mendacibus q̄ uera dicētib; credunt.

Ceteris siquidē etiam probis hominibus nō facile fides
 datur: si uno tantū notabili sunt deprehensi mēdatio.
 Astronomos uero & coniectores melioris conditionis
 dixerim. q̄ ecōtra accidit. Mille. n. illoꝝ ī grauissimis
 rebus mēdati: una fortuita & alia futura ueritas fidē
 prestat. Quo fit ut aliud mirabilius accidat. quia ut
 Petrarca ait sine ulla suspitiōe mēdati libere mētiri
 possint. pro eo quia semel potuerūt non mētiri. Adde
 aliā stupēdi & admirandi causā. Cū. n. diuina ueritas
 scriptura sacra teste nos moneat: ne predictis cōiecto/
 ribus etiam prophetis & uera p̄dicentibus credamus. cū
 ait in deutero. si surrexerit in medio tui prophetes. et
 p̄dixerit signū atq; portētū. & euenerit quod locutus
 est: nō audias uerba p̄phete. Temptat. n. uos deus an
 diligatis eum nihilominus eis ipsis mathematicis quos
 nō p̄phetas. non sanctos scimus: in cunctis credimus. q̄
 pauca demonū forte prestigis p̄dixerūt. Huius
 deniq; exercitiū pericula & icommoda ultra predicta
 ex eo conspiciet. quoniā illā artem pro fūdamēto &
 scuto quodā sue iniquitatis multi uenerātur & colūt
 scilicet diuinatores. nigromāti. incantatores. arioli.
 aurspices. cōiectores. ciromāti. Vtūq; igitē sit: oro
 te fili carissime hanc artem uelut pestem fuge. nec qd
 astra de te inquiras: sed quid astroꝝ creator sanxerit
 bonis operibus expecta. atq; ut ad salutem tuā cedāt:
 iugiter exora. nec ab his cōiectoribus ueritatē spectes
 agnoscere: quibus ueritas ipsa ignotior est q̄ tibi. *Fa*/
teor enim aliqua astronomie spes laudata est atq;
 perutilis. Verūtāmē teste Augustino: potius ē sciētia
 curiositatis q̄ doctrina pietatis. Nec illā inculpamus:
 sed utiliū sectandam dicimus sapientiā naturalē. que
 astroꝝ arti heret. Illa. n. naturali intellectui consona
 ē atq; cōformis. per quā naturalū rerū animatarum

& inanimatarū principia. passionē. & eorū que celo & mundo continētur: rationē & effectus cognoscimus. ac multarū rerū possumus causas reddere: que mundo miranda uidentur. Nec minus iocunda est inquisitio p̄spectiē & de p̄deribus tradita ratio. Fatemur tamē quia in his naturalibus methaphisicis scientiis nō xp̄s. non prophete so nāt. sed philosophus & commētator. De quibus ad Damasū dicit Hieronimus. q̄a phisici perscrutatores oculos ī celum leuantes: & ultra p̄fūdū terrarum in abisso demerguntur in uanitate sensus. ī obscuritate mentis ingredientēs diebus ac noctibus p̄scrutantur multa ut sciant: pauca ut sapiant.

Capitulum. xxix. de secunda mathematica uidelicet de musica & de eius laudibus & de utilitate. ac illius incommoditate miseris & laboribus.

Musica uero altera mathematica est. que ut dixi consonā multitudinē p̄portionū suarū in q̄dā equalitate uocū conciliat. Hec certe ars apud grecos magno semp̄ honori fuit. nec putabat quis liberaliter eruditus: nisi musicalibus cantibus instructus foret. Quantam autem uirtutem Plato armonie tribuit. ex his patet que ī thimeo tradit. At enim q̄a potētissima artium ē musica. cuius armonia uirtus ē ad mitigādōs dolores aīarū humanarū: ipsasq; lenificandum. similiter & ad ingerendas eis omnes passionē. Tantūsq; ē musicorum in cōmouendis animabus uigor: ut eas cogat mouere corpora sua. etiam ad gestus insolitos: quibus motus interiores alterant. Deniq; per armonias gratia contemplationis & diuinarum scientiarum studia: non mediocriter iuuantur sc̄m Alfarabiū. Adde mirabile dictu. q̄a & ī bellisequos ip̄i musicales sc̄ceptus icitat.

si ita p̄ adde
in denotatib;
p. 5. q. 1. ubi
uincit iustitiam
modulatio artha
q̄ ob r̄m no
si ab h̄c p̄f̄
6. h̄c. l. q. 1.
om. am. r̄.

delfinos quoq; & cetera animalia letificat: hanc Socra-
 senex didicit. & adolefcetes erudiri i ea iussit. no qd ad
 lasciuie incitamentu: sed ad motus aie sub regula ro eq;
 moderados. sicut. n. no omnis uox. sed tantu que bene
 consonat ad soni melodiam facit: ita & motus aie no
 omnis: sed qui rom congruunt ad recta uite armoniam
 pertinent. Auget eius laudes qa no mo delectabilis &
 utilis e. q nedu sps hoim uiuificat: sed instrumeta sut
 ad rectos bonosq; hoim mores. cuius uirtute maligni
 sps cohibent. Sed qd plura? Animu a curis liberat. &
 quadam interna letitia ad exultationem in deum mentes
 humanas puocat. Vnde ppheta. exultabunt inqt labia
 mea du cantauero tibi. Sed ia audi illius incommoda.
 Primo. n. eas quas diximus utilitates q musica audiunt
 consequunt. no qdem ipi artifices. Nam ut ait Aristo.
 audibilia fortius mouent q sensibilia aut p se opera-
 bilia. Quimo teste eode philosopho: ppter uehemē-
 tiam multitudinēq; uocum: leditur cerebrum. ledunt
 spiritus uitaes cantantium. quo fit. ut ad mores male
 dispositi reddant. quos Aristo. banauos. i. indispositos
 ad res intellectus uocat. Rursus musica & usus eius per
 certas melodias ad mollitiē disponunt. aliquando ad irā.
 aliqdo ad diuersa alia que distrahunt ab opibus uirtu-
 tis & intellectus. quare seibus ac magnis & studiosis uiris
 audire & iudicare: no exercere musicam preceptu est.
 Decet. n. ut sapientes aiunt grauē uirū non mo manus:
 sed uoces cohibere ad aliorū applausum. quod ppum
 histrio nu est. Adde his que tagemus infra libro secūdo
 capitulo decimoquinto ubi de cantoribus agitur.

Ca. xl. de ter. & q̄rta mathematica uidelicet arismetica & Geometria. & de earū laudibus & utilitate. ac de illarū incommoditate mutilitate & laboribus.

17
Arithmetica & geometria ultime sūt mathematice
& utiles admodū. quarū altera de numeris. altera
de magnitudinibus. In quibus scđm uarias relatiōes partū
uel imparium. item linearum superficierū. aut corporū
uatię species numerorū magnitudinūq; constituuntur.
que cognitio iocūda est. He quidem artes utiles certe &
necessarie sūt. & in scriptura sacra plurimū commēdate.
quia scriptū est. oīa fecisti in numero pōdere & mēsurā.
Sine enim numero nihil agere possumus. ut enim inq̃t
Isidorus. tolle numerum a rebus: & omnia pereunt. nec
different hoīes a bestis ceterisq; animalibus: que calculi
rationem ignorant. Et idem de geometria. sine pondere
deniq; & mēsurā: nec possessiones nec politicę forēt. Sed
fateor he artes & si utiles & necessarie sint: non tamen
hoīes conducūt nec dirigūt ad mores. nec ad felicitatem
eternā. Quid n. pdest rerū magnitudines. ac extrinsecas
quātitates agnoscere: sui uero ipsius intrinsecas q̃litates
ignorare? Quid rursus q̃tus sit orbis intelligere: sed q̃tus
sit eius creator nescire? Aut quid prodest oīm numeroꝝ
proportiones attingere? Quid numerare multitudinē
stellarū. & omnibus eis nomīa uocare: si uitia. si scelera
suiꝑius non cōputat? Vera igit̃ geometria ē q̃tatem
& magnitudinē peccatorum attendere. illaq; penitentię
calculo diluere. Vera illa ē arithmetica dies nostros di/
numerare. & in quo defecimus computare dicentes cum
propheta. fac mihi domine notū numerū dierū meorū.
ut sciam quid desit mihi. Adde quia eas artes hodie cal/
culari & carpentari sibi uendicāt. in quarū usu picula
fraudes & doli non desunt. Taceo de falsis computis. de
falsis mensuris & pondetibus. Vides fili mi huiusmodi
mathematicas artes fore alienas ab artibus & scientiis
pietatis: que ad uitam eternam conducunt. ad quam te
dingere omnia mea studia tendunt.

Capitulū. xli. in quo sub breui epilogo recolligitur
auctor cūctas alias artes & genera uiuendi in hoc
seculo. In quo ostēdit miserias labores & pericula
omniū statuum. et docet eas omnes plures habere
aculeos & miserias: q̄ gaudiū quietem & securitatē.
discurrens per omnes modos uiuendi in hoc seculo.

Cernis tam fili mi carissime si ea que audisti: tecū
 ipse recolis ac discutis: explicata esse omnia uite
 genera. cūcta deniq; hūana temporaliaq; exercitia. in
 quibus diuersa mortaliū studia: tam sedulo & uehemēter
 occupant. Nec enī puto me falli. quoniā hūanus aīus
 in illis non tam satiatur q̄ cruciatur. Si enī recte iudicatis:
 plus in eis laboris q̄ quietis. plus meroris q̄ gaudi. plus
 lucus q̄ solati. plus difficultatis q̄ facilitatis. plus piculi
 q̄ securitatis reperies. que oīa opto tecū ipse cōsideres. Scio
 n. quoniā si minimā laborū difficultatū & afflictionū
 partem pro immortalī deo pertuleris eorū que mortales
 subeūt. ut seculo diuersis modis seruiant: recte q̄dem brūf
 eris. Verum sub breui epilogo plurima tibi ad mentem
 adducam. Quis n. oīum uiuendi generū. ac hūanorum
 exercitiorū & officiorū labores incōmoda picula. fraudes
 quoq; & dolos facile memorare posset? Sed ut breuior
 ribus ap̄ te utar uerbis. a sumo culmīe usq; ad infimū.
 a cesare usq; ad bubulcū. a rege usq; ad pastorem. nulla
 q̄s. nulla securitas: sed omnibus casibus piculis. aculeis
 laboribus innumeris subiungunt. cūcta fraudibus & iniqui
 tatibus subiacent. Regis enī aut cesaris clarissimū esse
 nomē non ambigimus: sed durissimū effitium. & magis
 seruare difficile. In excelsū. n. & uētosum montē ascēdit
 rex: quē facilius fulmina feriunt. Nam & si clarus regis
 titulus sit: res tamē obscure. nec aliud est q̄ uitreū & pe
 riturū iocale: curis & periculis plenū. Demū reges delirāt

*h. regis ofitium
 e. plebs uis. b. h.*

adulatiōibus. & quā piculosius ē retēto regis noīe: pleriq;
tiranni fiūt: quoz; nōnulli multo iustus sub rege iusto
agerēt. & tranquillus q̄ reges ipsi eēt. Locus certe regius
nedū ignauus & petulans ē: sed & piculosus laboriosus
uirtutiq; difficilis. Quippe bonus rex: seruus publicus. &
malus hostis illius. Adde q̄ rex ea die q̄ regnare cepit:
mori cepit. Alus enī uiuit moriens. quod difficile credit
a regis hostibus. Si que erat olim quies: regi perit. Sed
de principū miseris hactenus in secūdo huius libri cap.
diximus. Simile oīo de p̄ncipibus. de ducibus & marchis/
ōibus. comitibus. barōibus & ceteris potētibus cogitabis.
quibus illa indelibilis atq; irreparabilis mestitia addēda
est. quia & si potentes sint: posse tamē ne regi subitiant
nequaquā possunt. Cetera hominum officia status artes &
exercitia breuioribus attingam uerbis. Milites nō defē/
dunt sed depredant. officiales excoriant. thesaurari sibi
nō reipub. thesaurisunt. Regia domus plena superbis.
referta mendacis. impietas in p̄ncipum castris. q̄ iuxta
poetā. nulla fides pietasq; uiris qui castra sequūtur. Sed
transire ad alios libet. Eques fastuosus. armiger pauper
depredat. pedites luctuosi infemi mīstri. uēator fessus
curstat saniter. fraudat auceps. piscator madidus aquas
non terram colit. custodes latrones in siluis. iustitiam in
foris ficcari. excoriat barbetōsor. ledit cyrugicus. occidit
medicus. apothecanus sufficit aromata. iudices tribu/
nalia uendunt. notari registra falsificant. litigisse im/
miscet canōista. fraudibus ditant legiste. fraudat orator
artiste superflue curiose rimant. theologū bona p̄dicāt
praua agunt. mercator decipit atq; deierat. uēditor lau/
dat. uituperat institor. scriptores incorrecte depingunt.
pictores falsa sculpūt. carnifices putrida uendūt. taber/
nari ebrios panunt. gulam gignunt. Sed tam ceca est
hōrum mens: ut ad hec oīa & si miseris periculis eruminis

plena: tamen ut ad quedam solatia ingentia properant
festinant. Currunt. n. & discurrunt mortales. non qdem p
urentia prata: sed per scabrosas sepes ac semitas diuersas.
Quidam enim ascendunt montes. transcendunt colles.
transuolant rupes. transgrediuntur foueas. ingrediuntur
cauernas. alii rimantur viscera terre. alii profunda maris
penetrant. alii opaca nemoꝝ transodiunt. alii exponunt
se uentis & imbribus ac tonitruis. & maris ac fluminum
fluctibus & pcellis. Alii metalla cudunt & conflant. alii
lapides sculpunt & poliunt. alii ligna succidunt & dolant.
alii telas ordiunt & texunt. alii uestes insciunt & cosunt.
Alii edificant domos. alii plantant ortus & uineas. alii
succidunt fornaces. alii extruunt & cudunt molendina.
alii piscantur. alii uenantur. aucupantur. & tandem alii
mercant. fenerantur. In quibus omnibus non deficit fraus
dolus & nequitia. ac etiam pericula plurima. Rursus alii
meditantur. cogitant. consiliant. & tandem decipiunt.
Alii contendunt. alii preliant. alii plurima auro uolunt: ut
diuersis artibus opes congregent. & questus multiplicent.
lucra sectentur. & his labor corporis. afflictio mentis. &
periclitatio aie. Que omnia hominum studia atque exercitia
tam uana sunt quam diuersa. plena certe periculis aculeis &
laboribus. Quod pulcre non negat sapiens Salamon in/
gens. cumque me conuertissem ad uniuersa que sub celo sunt.
& que fecerunt manus mee. & ad labores quibus frustra
sudaueram: uidi in omnibus uanitate & afflictione. & quod
non sit nisi labor et afflictio spiritus. Et concludit. Cum te
res difficiles nec potest eas homo explicare sermone. pro ut
statim particularius in sequentibus capitulis disseremus.

**Capitulum. xlii. in quo inquitur causa. quare a prima
mundi origine boni et mali. et quouis statu existentes:
diuersas miseris penas cruciatul. plurimaque mala**

et incommoda corporaliter passi sunt. Et breuiter
enarrantur calamitates in specie oíum fere magis
excellentiū personarum utriusq; testamenti.

7 **Q**uam ceca sit mortalium curiosa inquisitio erga
uite formā eligendā: satis ex predictis cōspicere
libet. Audita siquidem sunt non mó in genere: sed í specie
eorū qui tēporaliter & in hoc seculo uitā ducunt. cūcta
humane uite studia exercitia artes & officia. in quibus
ostensum est parū fore dulcoris: plurimū uero meroris
& afflictionis. Super est igit̃ pro huius partis cōplemento:
ut eius rei primo causas perquiramus. deinde a nascentis
mūdi origine: plurimū & fere oím magis excellētium et
egregiarū psonarū miserias penas afflictionē. incōmoda
mala mortesq; teterrimas. p̃ticularius & noíatim breui sed
cōpendioso sermōe narremus. nec mó sceleratorū hoím:
sed & innocentium. Vt dum unusquisq; bonos simul &
malos ea ptulisse cognouerit: nequaquā se magis aut ex/
emptum aut p̃uilegiatū reputet. Quid igit̃ sibi uult. q̃
nulla uiuendi formula. nulla uite ars. nulla fors iustorū
aut iniquorū hoím: miseris laboribus & anxietatibus
crutiatibus ac penis careat? Certe q̃squis íterrogat mecū
ignoret. Si tamen inquirendo aliquid dicere libet: illa
fortassis inter ceteras causa sūma q; ratio assignari ua/
lebit. Cum. n. teste Ieremia oculi hoím ad auaritiā. ad
sanguinē innocentū fundendū. ad calumniā. ad cursum
mali operis intenti sūt. Quodq; & genesis libri p̃clamāt.
quia uidit deus q̃ multa malitia hoím esset in terra. et
cūcta cogitatio cordis intenta eēt ad malū. Et in p̃uer.
scribit̃: pedes hoím ad malū currūt. Et iterū in Ieremia.
de malo ad malum egressi sūt. quare recte eos mala se/
quunt̃: qui mala cogitāt et op̃ant̃. Quod sensit Dauid
cū ait. cōprehenderūt me mala quorū non est numerus.

Hinc Gregorius. nulla domabitur aduersitas. si nulla
 dominat iniquitas. Nec aliud clamabat sapiens. Corda
 inquit filiorum hominū replentur malitia et cōtemptu
 in uita sua. Et subdit. Et post hec ad inferos deducentē.
 Natura enim humana tam naturaliter deprauata est:
 ut ex se mutari non ualeat. quare necesse est eam co/
 mitentur mala. sequantur aduersa. Hinc idē sapiens.
 Nequaquam est natio illorum & naturalis malitia ipsorū:
 quoniā non poterat mutari iniquitas eorū in perpetuū.
 semen enim illoꝝ erat maledictum ab initio. Sed dices
 iuste quidem malos mala sequuntur. bonis uero premia
 non supplitia debentur. Sed audi quid scūs Iob dicat.
 Si impius fuero: ue mihi. et si iustus: non leuabo caput
 saturatus afflictione & miseria. Primis. n. afflictio pena
 est. secundis medicina. illis supplitium. istis exercitium.
 omnium tamē ut ait sapiens multa est afflictio. Quod
 apostolus non negauit inquit ad Timotheū. Omnes
 qui pie uiuere uolunt in christo: christi persecutionem
 patiuntur. Nec aliquē idem sanctus patriarcha excepit
 cum ait. homo natus de muliere breui uiuens tempore
 repletus multis miseriis. Id enim hōibus summa ratione
 congruit. Nam cum mens humana ad eam quā creatus
 est quietem suspiret: agit diuina prouidētia nos ad illā
 dirigens: ut ī hac ualle miserie nullis gaudis. nullis p̄s/
 peritatibus merito quietetur. ut tanto uehemētius nos
 eterna illa nondum habita delectent: quanto iam ista
 adepta cruciant. nec aliud īperator noster uerbo & ex/
 emplo docuit ingens. in mūdo pressuras semp habebitis.
 In quo uerbo Grego. nemo inquit sibi promittat quod
 euāgelium non promittit. Quis tam demens ille est. ut
 sibi in quouis huiuslibet statu quietem & gaudia pro/
 mittat? Quippe tribulationes & angustias euangelica
 imo christi uox comminatur. **S**uperest ut exemplis

factisq; comprobemus: que uerbis attulimus. In primis
igit̃ quæra sint facile intuebimur: si cunctas huius seculi
etates discutimus. si deniq; nostrorum priscorum uitas
ac studia artes & exercitia perscrutemur. Memores itaq;
simus dierum antiquoꝝ. cogitemus generatōes singulas.
Interrogemus patres nostros. & annuntiabunt nobis.
maiores nostros & dicent nobis. Nam a tempore quādo
diuidebat altissimus gentes. & quando separabat filios
Adam: omnis creatura. omnis etas miseris erūnis plena
fuit. Incipere aut̃ libet a primo nostro prothoplausto.
Isa demone seductus. q̃male permutauit locum: nos ip̃i
sentimus. Vxor uero Eua q̃male uersutus demonū cre/
didit: nos ipsi patimur. qbus plurimas afflictionū mise/
rias infelicit̃er trāsmisit. quas sibi nobisq; uitasset: si uoci
creatoris obedisset. Per quorum transgressiones ab ipsa
mundi origine omnes morti dediti. non modo mali: sed
boni. nō peruersi: sed & iusti recti et innocentes. nō nisi
sudoribus miseris & laboribus uitā duxerūt. Abel enim
eorum filius innocens a nocēte occiditur. Enoch iustus
ab hac uita trāffertur. Cayn sagitta perfodit̃. Lamech
primus bigamus excecatur. Tubalcaym laboribus im/
plicatur. et faber maleatur. atq; in cuncta opera eris &
ferri multipliciter fatigatur. Matusalem sicut plurimis
annis uixit: sic multa frigora multaq; sensit discrimina.
Noe ab ea quam plantauit uinea irridetur. atq; centū
annis in arce fabrica desudauit. uiditq; tremulus cata/
ractas celi apertas. ruptosq; abissi fontes. Nembroth ti/
rannus maledicitur. & presumptio turrem edificantium
cum eorum supplitio reprimitur. Abraam temptatur &
circumciditur. capitur Loth in bello. Sarre uero stenli
defitūt muliebria. Agar expellit̃. bellis insudat Ismael.
Ysaac immolandus per multas miseras senuit. decipit̃
Esau suis p̃mogenitis. p̃mogenitus ipse a fratre frustrat̃.

Sodomorum tabernacula uorax ignis cōsumpsit. uxor
 Loth curiosa sciendi prohibita: salis cōuertit in statuā.
 Rebecca desiderio filiorum premitur. Iacob luctatur.
 a fratre insidias patit. Lia licet fecūda lipposa dolebat.
 Rachel pulcra doloroso partu spirat. Dina idigne uo/
 latur. Sychen mechatur. Ioseph a fratribus uenū datur.
 Ruben maledicatur. Symon & Leui a patre uasa ini/
 quitatis appellātur. Dan uero coluber. Isachar asinus.
 Bēiamin lupus rapax. Et ut breuius agamus filii Iacob
 de scelere pessimo accusantur. pincerna Pharaōis impte
 incarcerationis. pistor suspenditur. domina carnalibus sti/
 mulis Ioseph angitur. populus israel ī luto palea late/
 ribus ac seruilibus oneribus premitur. masculi iubentur
 interfici. obstetrix timore falsū dicit. Moyses ciste aq̄sq̄
 cōmittitur. Egypcius in sabulo sepelitur. Ceteros intem/
 pestiua mors affligit. musca percutit grauissima. ranarū
 multitudo. culices. brucus. lapides. grandines uexant.
 Tandem rote currum subuertuntur. atq; in profūdum
 ferūtur. & tenebrosus uorax pontus absorbet. Populus
 sitit. esurit simul & murmurat in deserto. de porta ad
 portam querūtur idolatre iugulandi. crematur Nadab.
 murmurans populus succenditur flammis. Dathan &
 Abiron terra absorbit. Core ad centrū terre ruit. igniti
 in populum seuiunt serpentes. occidūtur cananei. monē
 Aaron. in mōte impugnatur Balaam. Moyses dilectus
 deo extra patriā moritur. iberico corrui. lapidat Achor.
 succenditur Ay. & eius rex sub aceruo lapidū submitit.
 pugnat Iosue. senserunt de celo lapides amorrei. Ayoth
 in uentre pinguisimo gladiū dereliquit. sexcētos occidit
 uomere Sāgor. perimunt zebec & salmana. Abimalech
 septuaginta fratres super lapidē regnandi cupidine oc/
 cidit. eiusq; cerebrum nō multum post mulier cōfregit.
 Ibeta filiam immolat. dicentes thebo leth iugulantur.

philistini a fini mandibula sternuntur. alii cum Samstone
templi ruina consumuntur. filii Benjamin occiduntur.
moritur Abimelech. flet Anna. cesus est israel. Finees &
ofini monetur. cecidit Heli. Goliath perimitur a David.
pereunt philistei. cadunt sacerdotes. percutitur Nabal.
perimitur Ionathas. Saulis armiger se fideliter ne dixerim
imprudenter necat. Traffoditur Asael. Abner occiditur.
Misoboseth claudus. decollatur Iosobeth. percutitur Oza.
vincuntur syri. perditur Vriah bene seruiens. luget Thamar.
Amon penas luit. pedet Achitophel. lancea foditur Ab/
salon. David pater dum hostem cernit: occisum filium
plangit carissimum. currit Achimas ad malum. decollatur
Syba. enumerati a David pereunt. sine culpa interficitur
Adonias. occiditur Ioab. idolatrat Salamon. qui cum ceteros
sapientia vincit: a muliercula devincitur. spernitur Roboam.
Ieroboam maledicitur. dolet Assa. uritur Zambri. timet
Helias. occiduntur prophete. Micheas sagittatur. cecidit
Ochozias. uruntur quinquagenarii. irridetur caluitio
Heliseus. pueri ursis lacerantur. leprosus Naaman anxius
medelam querit. punitur Giezi. corrumpitur Ioran. feritur Se/
nacherib. egrotavit Ezechias. dies ei mortis predicatur.
eruantur oculi Sadechie. dolet Esdras. luget Neemias.
abicitur ut bestia Nabuchodonosor. occiditur Balthasar.
innocens accusatur Susanna. Ionas in pelago recluditur.
Thobias dolet cecitate. prestolatur Anna. Sarra lacri/
matur. in periculo Iudith constituitur. Olophernes quem
uix terra sustinebat: a femina capite truncatur. Vasti
repellitur. pallet Hester. suspeditur Aman. decedit potens
Alexander. opprimitur Eleazar. occiditur Anthiocus.
perit Lysias. corrumpitur Nichanor. Judas occubuit. perditur
Ionathas. Simeon perimitur. Eliodorus flagellatur. necatur
Onias. occiditur Lisamachus. machabei torquentur.
Iob diuersis plagis percutitur. & in sterquilinio tanquam

dulci lecto meditatur. Paucula ex multis sufficiat eorū
 qui i ueteri lege afflictī & tñbulati sunt. Taceo eos an-
 numerare qui sub euangelio & lege gratie diuersis penis.
 cruciatus miseris & malis afflictī reperiuntur. Quis. n.
 apostolorum plagas. quis martirum ignes. gladios. quis
 innocētum enses & p̄matural mortēs enumerare posset?
 Quorum alii cęsi. alii septi. alii lapidati sunt. Alii plū/
 batis. alii sagittis. eculeisq; rubncantur. rotis lacerantur.
 lignoq; afficiuntur. alii bestiarum dentibus traduntur.
 Liberet illud conuiuium hic inserere. quod Cipriano
 nōnulli attribuunt. in quo ex scripturis sacris plurimos
 introducit qui non escas: sed corpora membra sanguinē
 pericula & labores ad cōuiuium conferunt. Ex p̄missis
 igitur attingere libet series & causas malorum & dolorū.
 quibus mortales corporaliter afficiunt. Ideo ut apertis
 oculis cōspiciamus: nullū hoīm genus erūnis & miseris
 carruisse. nullūq; tēpus a doloribus & laboribus uacasse.
 ut recte rex & sapiens Salamon dicere ausus sit. Vidi
 calūnias que sub sole generant. & lacrimas innocentū. et
 consolatorē neminē. & laudau magis mortuos q̄ uiuos.
 & felitorē utroq; iudicau. q̄ nondū natus est. nec uidit
 mala que sub sole sūt. quoniam uniuersa uanitas & af-
 flicō. Et rursus i ecclesiastico. Quid de uniuerso labore
 homis: nisi cruciatus & afflictō? Et subdit. Cuncti dies
 eius doloribus & erūnis pleni sunt. nec per noctē mente
 requiescit.

Capitulum. xliii. in quo ostendit hoīes in quouis
statu uiuentes non solum penas exilii. cruciatus &
mortēs & cetera corporalia incōmnda assidue pati:
sed & alias diuersas intrinsecas mentis afflictōes. ut
nisi q̄ uita aut sorte sua contenti sint. Et breuiter
tangit particulariter omnes fere huiusmodi animi
querelas & molestias ad utranq; partem.

Postremo parum est mortalibus quas paulo ante enarrauimus miseras ne dixerim supplitia. calamitates & penas corporales perpeti: nisi plurimis aliis mentis intrinsecis erumnis & assiduis crutiabus premanent. Vehementius enim inuisibiles animorum morbos quam corporeos aut uisibiles affligere constat. quare eos difficilius curari posse perspicuum est. Quam itaque diuersis & aduersis affectibus secum pugnet mortalium animus: non alium quam se interroget. sibi que ipse respondeat. quario. quaque reciproca mentis impulsu. modo huc rapitur modo illuc. ut nusquam unus nusquam integer existat. Quippe secum ipse dissentiens. seipsum discerpat. quatenus sine ulla requie ab ortu hominis usque ad exitum fluctuet mortalis uita: quamcumque uiuendi formulam eligat. ut recte de eo Iob dixerit. quia homo repletus multis miseris fugit uelut umbra. et nunquam in eodem statu permanet. Sed ut cetera taceam: non parua mortalium miseria putanda est. nulla ratione effici posse: ut cuique sue uite formula placeat. cuius plurimos habet inuidos. nulli sua ars applaudit. nullum fors letum teneat: sed querulus aliena peroptet. qui sua non satis meruit. age ut ea ipsa que maxime cupierat assequatur. Certe cum fauorabilis incipit esse fortuna: ilico mens mollita timidior & sue sortis obliuiosa fieri incipit. ut non a casu Flacus dixerit. bene ferre disce fortunam. Inexplicabilis certe miseria est se miserum semper putare. nec a miseria eripi posse. atque illa calamitas ut ita dixerim omnium calamitosior est. quando a calamitate respirare non licet. quippe cui quidquid accidat etiam si letum iocundumque existat: continuo cruet. In primis itaque uelle illud humanus consideret animus: quod ante oculos conspicit. Ego uero plures uidisse sum meorum que damna. qui pauperem. qui supplitium. qui mortem carorum. qui peiores morte uidelicet grauissimos morbos equo animo tulerunt:

qui tamen diuitias. qui honores. q̄ potētias. qui faustū.
 qui laudes. qui famā. qui alioꝝ sine inuidia ꝑ̄conia atq̄
 triumphos qujeta mente ferrent. nullū. Quas siquidem
 aīmi passiōes & si apostolus opera carnis appellet. quia
 tamē a fonte cordis profluunt: recte morbi aīmi cen/
 fendi sunt. Quid enim aliud ambitio est. quid cupiditas
 nisi superbia? Vt enī Augustinus inquit nō est ambitō
 sine elatōne. non est cupiditas sine superbia. quia omnis
 superbus cupidus est. & omnis ambitiosus elatus. que oīa
 recte animi uicia sunt. ueluti ex affectu & desiderio ꝑ/
 cedētes. Nam Isidoro teste cupiditas desiderio augetur.
 cum scriptum sit: insatiabilis est animus cupidi. Digne
 igit̄ imperator noster apud Matheū ait. quia ex corde
 exeūt cogitatōes male. **T**anges si uis simul & discute
 omnium mortalium querelas ac uarias animi afflictōes.
 Verū audi ilico causas atq̄ ratiōes. ut liquido agnoscas
 tāto maiores pectoribus humanis inesse miseras: quāto
 magis obcecati sint. ut cur eas patiant̄ aut ignorent. aut
 nō satis intelligere uelint. Quidā enim non parum aīmo
 torquentur super amplioris felicitatis. prosperitatis ac
 fortune carētia: sed certe ignorant quot periculis ac in/
 finitis & inexplicabilibus curis plene sint. Alii tristātur
 etiam post adeptas quas optarunt prosperas fortunas:
 sed forte aut eas quod difficile est ferre non nouerunt.
 aut recte conspiciunt eas bonis moribus aduersas. Alii
 murrāt de aduersitate infortunio & calamitate: sed
 certe nisi fallor nō cogitant q̄ incogniti hominis nota
 esse calamitas non pōt. Alii de eius fortune ne dixerim
 inconstantia. sed fallacia uehementius queruntur. que
 adeo cū eis ludit: ut illos in patria sua nō prope tēpore
 dominos effecerit simul & exules: sed certe hi integram
 fortune amicitiam non amplectuntur. cum eius leges
 aspernant̄. que in altū nihil diu manere statuit. Adde

*Quis magis
 fieri afflictionem
 et quibus hominibus
 in malis est
 et in malis
 asperantibus
 sic*

indignū fore ut mores ludosq; illius respuat: cui se totū
deuoit. Alii deniq; penas sentiunt in huius mortalif
uite inco latu ac prolongatōne: sed certe hi prematuram
mortem in experti id optant quod uenisse dolerent. Alii
querūtur se persecutiones impugnationes atq; iniurias
diuersas. tormēta deniq; & exilia perpeti: sed quid si aut
alii ipsi ea intulerunt aut meruerunt? Alii lamentātur
quia temptaciones flagella patiuntur: sed certe eis exer/
citari minime nouerūt. Alii turbantur plurimum. quia
uano honore inaniq; gloria nō fruunt: sed hi aut uerā
gloriā non nouerūt aut forte eos latere melius tutiusq;
foret. Alii q̄ despecti hūilesq; ab hominibus reputētur:
sed forte longe plus eicerentur: si plus eleuarentur. Alii
detractōnes infamias & opprobria molestissime ferunt:
sed hi falsis laudibus tument. Alii anguntur super tem/
poralis potestatis. aut dignitatis siue mundani domini
carentia: sed his uirtus fortassis non superest: ut ea asse/
quātur & ferant. uel hi corruptum habent gustum talia
falso putantes diuturna. Alii de natura conqueruntur.
ob parentele & magni generis seu nobilitatis defectum:
sed hi ueram nobilitatem non satis nouerunt. Alii pau/
pertatem & diuitiarum inopiam implacabiliter ferunt:
sed certe hi falluntur putantes diuitias ipsas possessores
suos felicitate non cruiarē. Alii de perditione rerum. de
naufragio ruina aut temporalium bonorum damno &
defectu plurimum angūtur: sed forte his expediens fuit
illis carere: que causam maioris ruine prestabant. Alii
amicorum uel carorum amissionem uel separationē de/
plorant: sed certe putādum ē amicos nō satis se amasse:
qui a uite periculis euaserūt nec perierūt. Alii de iniqua
societate torquentur: sed forte eos bona nō oblectauit.
Alii de carentia humani fauoris queruntur: sed quid si
odiū eis lōge plus profuisset? Alii q̄ ab amicis derelicti

existant: sed quid si primo ipsi eos reliquerunt? Vel forte
 dignum fuit. ut quos uirtus non fecit: fortuna dimitteret.
 Alii rursus similiter lamentantur. quod tam cari paulo ante
 hominibus uisi sunt: ut certatim in eorum amicitiam uenire
 niterentur. Idem tamen ipsi de nulla alia re concordet:
 in suum excidium quasi communicato consilio conspirarunt.
 Sed hi de amicitia equocant. aut forte cessauit utilitas:
 cuius gratia amici assumpti sunt. Alii quod amicis tediosi aut
 onerosi existant. Sed quid si grati atque beniuoli fieri no-
 luerunt aut reuenerunt? Alii quod inimicitias sine causa pa-
 tiuntur. Sed quid si uirtutem non habent reconcilians?
 Alii summa tristitia afficiuntur. quia non satis uoluptatibus
 delitescunt. Sed hi falluntur qui contumeliosos hostes
 amicos reputant. uel forte otiositatem illas afferentem
 prescindere nolunt. Alii quod refectioe temperata careant.
 Sed hi ignorant eam male digerentibus prodesse. Alii quod
 ieiunio & abstinentia uti non possunt. Sed certe quia ne
 possint: uolunt. Alii super famis & sitis inedia queruli
 sunt. Sed quid si illis saturitas inimica est? Alii super ample
 et delicate habitationis carentia tristantur. Sed his an-
 gustus forte locus uirtutes donat. Alii super asperis ac duris
 lectisterniis lamentantur. Sed certe quia mollia ad luxum
 inertiamque prouocarent. Alii de uilibus uestibus queruntur.
 Sed hi in domibus regum esse cuperent qui mollibus uesti-
 untur. Alii quod ceteris hominibus solatus careant. Sed hi satis
 ignorant. plus tristitia quam leta quibusdam conferre. Alii
 quod cum hominibus non conuersentur aut famulentur. Sed
 indubie tales ignorant solitudinis dona. uirtutesque silentii.
 Alii de omni tristabili euentu queruntur. Sed certe quia
 cuncta illis ad uotum successere. quibus sese experiri non
 licuit. Alii non modo turbantur: sed inconsolabiliter tor-
 quentur. quia mali in hoc seculo melius habeant quam boni.
 Sed hi non facile credunt malos nihil habere in celis sicut

bonos parum in ternis. Alii q̄ in seruitutem redigantur
seu captiuentur & incarcerentur. Sed hi ignorant quod
potior pars hominis id est uoluntas libera est. cui p̄ncipes
non dominantur. Alii tristant q̄ oporteat eos diu iugū
subiectionis portare. Sed hi p̄esse non subesse optant.
nec obedientie fructum satis gustarunt. Alii queruntur
de obseruātia diuersorum preceptorū. Sed hi certe apte
demōstrant q̄ eis transgressio delectat. Alii de reuerētia
superioribus exhibenda querunt. Sed hi illā recipere
non exhibere cuperent. Alii de carētia pprie uolūtat̄.
Sed certe hi tales ignorāt q̄ graue malum existat ppria
uoluntas. Alii de uoti emissionē. Sed hi certe non satis
nouerunt q̄ felix necessitas que ad meliora compellit.
Alii q̄ seculū derelinquere nō ualeāt. Sed certe his ideo
ualitudo deest: q̄a uolūtudo non adest. Alii q̄ religionē
ingressi p̄seuerare nequeāt. Sed hi certe incepisse dolēt.
Alii q̄ excōmunicati existant. Sed hi certe ecclesie cen/
suram non medicinam sed penam falsō putant. Alii q̄
irregulares sint aut labiles. Sed hi certe nō satis hūiliari
nouerunt. Alii q̄ diuinis officiis & sacramentis careant.
Sed his forte utilius foret deuotiōe & fide suscipere. Alii
q̄ lectio aut usus sacre scripture eis auferatur. Sed certe
quia eis aut ad questum aut ecclesie discrimē utebātur.
Alii de exauditionis tarditate anxii sunt. Sed forte nō
satis sciūt. quia qui differt tibi: auget esuriam. Alii de
rerum temporalium petitionis frustratiōne angunt. Sed
certe q̄a aliena sunt a uera interioris sui hominis salute.
Alii de impedimento contemplationis queruli sūt. Sed
quid si ad pietatis actiua opera sūt inefficaces? Alii de
augmento negotiationis. Sed forte cōtemplati inerti
sūt. aut illa eis permolesta est. Alii q̄ uirtutibus careāt.
uitisse dedant. Sed uerum est non nisi a seipso q̄ ledit.
Alii q̄ faciliter uitia sequantur. Sed hi uitis resistere

nolunt. Alii difficulter uirtutes amplectuntur. Sed certe
 quia confragosa & perdifficilis ad uirtutes uia est. dulcis
 ad uitia. Alii mestissime ferunt stimulos carnis. Sed hi
 forte eos preueniunt. Alii de erronea seu nimis arcta con/
 scientia anguntur. Sed certe hi superiorum exemplis aut
 preceptis iuuari spernunt. aut quia suo sensu reguntur.
 Alii q̄ semper leti & iocundi et nunq̄ tristes. nec í aliquo
 conscientia stringat. Sed certe hi timorem dei abiciunt.
 & latam simul et letam uitam sequuntur uitiorum que
 ducit ad mortem. Alii q̄ plurimú audaces existant. alii
 q̄ pusillanimes & timidi. Sed certe hi & illi extrema pro
 medius capiunt. nec cogitant quia multa ex timiditate
 sunt dimissa: que per audaciá sunt comissa. Alii q̄ mor/
 tem. alii q̄ fulmina & tempestates timeant. Sed certe hi
 timere desinerent: si uere sperare incepissent. aut eos cri/
 minis cōscientia nō accusaret. quia ut sapiens ait: magna
 ; securitas est nihil inique egisse. Alii de sua p̄destinatiōe
 & salute hesitant. Sed parú hi laborant: ut sua sit certa
 electio. Alii plus q̄ oportet de dei bonitate sperant. Sed
 hi futuram dei iusticiá nō satis credunt. Alii q̄ ob graua
 ab eis comissa desperare formident. Sed certe neminem
 grauissima peccata cōdemnant: si nō placeant. si non
 ; uis desperare: desine peccare. Adde quia utrisq; uidelicet
 nimíú sperantibus & desperantibus timor deficit et spes.
 quare utrisq; utrúq; est necessariú. scilicet ut deú timeát
 & in eú speret. Timor. n. sine spe inducit desperationē.
 Spes uero sine timore in dissolutionem scđm Hugonē.
 Alii de timore inuasiōis hostium uisibiliú et inuisibiliú
 anguntur. Sed hi congrua remedia scienter aspernant.
 Alii ob bonoz corporis defectus aut deformitates que/
 runtur. Sed hi nō satis considerant fatuum esse q̄ seruú
 ; lasciuire proptat aut ornare cupit. Alii senectutē gra/
 uiter ferunt eiusq; calamitates detestatur. Sed hi parú.

fore putant cupiditates reliquisse. atq; id nō posse quod
nolle deberēt. Alii de corporis debilitate & diuersis mor/
bis presertim de oculorum auditus odoratus aut loquēde
carentia siue defectu. Sed certe hi cū cūta ad corpus re/
ferunt. ignorantēs defectus ipsos plus profecisse anime:
q̄ officisse corpori. Alii super uite breuitate & tēpestina
morte incōsolabiliter torquentur. Sed his bonos actus
q̄ multos dies congregare consultius esset. cū non multū
sed bene uiuere sit laudabile. Alii de eadem imminente
de propinquo morte. & de instanti agone spū angunt.
Sed hoc ideo. quia non satis cōsiderant rudem esse ti/
rannum qui a pena liberat: quem punire se putat. Hec
paucula forte & multa de huius uite diuersis artibus
formulisq; uiuendi. & earum erumnis et afflictionibus
a me diserta sunt. Que quidem longiora aut breuiora
dici posse scio. Verū nec breuitati admodum studui nec
copie: sed prout ex cōmuni omnium mortalium uita se
obtulerūt sc̄ptis diserui. ne legētes uel iopia uel fastidio
fatigarem. ut cernat unusquisq; mortaliū. i quauis sorte
aut arte cōstitutus sit: qd ad utramq; partē dici ualeat.
nec illos blanda resoluant. nec afflictua conturbent.
atq; ut dulcia pariter & amara despiciat. sed paratus sit
semper ad omnia. promptus & ad singula. ¶ Absolutam
iam fili mi hūc primū ad te pollicitū librum. de cunctis
uite huius temporalibus artibus & exercitiis. eorūq; mi/
seris & erūnis. Verū ex his que ultimo dixi. sensi plane
tuum animū non parum titillare. Voluis enim i mente
gnimo ut ita dixerim inter dentes mussitas. ne dixerim
murmuras. Cum enī audiuimus satis ruentis seculi huius
calāitates. aduersitates & supplitia tribulatiōesq; mul/
tas & malas. quas passim ut supra tetigimus bonis & re/
probis. facinorosis & innocentibus communes esse. Ea q;
prochdolor non tam legimus q̄ experimur. Quarū rerū

adducunt cau
gis m̄ q̄ sp̄s
bona boni
sustinet. Hoc
et solatiōnes
omnia. aliq̄
q̄ h̄ h̄ h̄
p̄logo abacty.

causas quasdam in genere deduxisti. Verum tante tam grauiq; querele specialiores urgentioresq; cause cōgruerent. Demum quid remedi. quid solaminis mortalibus in tantis erumnis & uite laboribus esse possit: nondum adduxisti. Vtinā enim tam prompta congruaq; ad eas omnes calamitates leuandas remedia attulisses: q̄ certa huius uite mesta supplicia deplorasti. Vsq; adeo ut bonos uirtutiq; peditos uiros atq; culpa affligi. torqueri q̄ppe ab immortali deo relictos putemus. sicut & malos prosperari in altūq; prouehi indigne cōspiciamus. Quo fit ut diuinā prouidentia inuitemus. q̄ quosdam inculpatos uariis supplicis infortunis & penis crutiari: alios culpe noxios felicitare permittat. Si enim calamitates huiusmodi ueluti supra diseruisti nō nisi ex culpa mortalibus prouenire contendas: indecens plurimū diuine iustitie uidetur. ut innocēs ab eodem fonte affligatur: quo reprobis & iniquis pena releuatur. Nec aliud deplorabat Hieremias inueniens. iustus q̄dem tu es domine si disputo tecum. ueruntamen iusta loquar. quare uia impiorū prosperatur? Et subdit. prope est tu ori eorū & longe a renibus illorum. Prope inquā teste Augustino dando eis quiddā uolunt & petunt. Et longe a renibus eorū. in nullo uidelicet eis displicēdo. aut illorū animos conturbando. Sic et Abacuch propheta eam ipsam depmit querelā. Quare inq̄t deus nō respicias contēptores. & cur taces deuo rante impio iustio rem se? Que omnia tanto almos hoīm in maiorem ducit admiratōnem: q̄to p̄ eundem Hieremiā de diuina iustitia scriptū legimus. Scio domine deus quoniā malum iniustūq; nō libēter respicias. nec potest quis de tua iustitia dubitare. Hic est fili mi effectus murmuris tui & cunctoꝝ fere mortalū. Et ueluti uetus querela sit & multoꝝ animos exagitat: sic multis egeret uerbis. breui tamē sermone fatiam satis

ueritati: qui nullis uerbis humane opiniononi respondere
possem. Mirari igitur & conuenienter ceterique mortales de/
finetis: si rem ipsam altius repetitis. In primis itaque illud
a iusto fixum teneamus. neminem absque culpa aut causa
affligi aut torqueri oportere. cum scriptum sit. oculi domini
super iustos. Et iterum. uultus autem domini super facientes
mala. ut perdat de terra memoriam eorum. Super quo
uero Cassiodorus. Errat inquit malus dicens secure facio
mala. sed discat quia uultus domini super facientes mala
quasi dixerit iustos & iniustos deus respicit sed dispariter.
Iustos enim respicit ut pie eos exaudiat. sed malos ut
puniat. perdatque de terra memoriam eorum. Quam siquidem
punitioem siue iacturam memorie uite. & quorumuis
temporalium minime absque culpa mortalibus contingere
credendum est. nisi culpam non putet illis abuti. aut ea
ad luxum. ad auaritiam. ad superbiam. ad pompam con/
uertere: que iustissimus deus tanquam uirtutum instrumeta
hominibus concessit. De quibus Gregorius pulcre dicere
uisus est. quia summa et decora iustitia est. ut concessa perdat:
qui inconcessa captat. Rursus ut est sanctorum doctorum
sententia. mali non utique impune transeunt. tum quia in
fine punientur: tum quia ea temporalia bona quibus iniqui
in hac uita gaudent: deus illis concedit ob pauca que
gesserunt bona. Sed spiritualia bona que respectu tem/
poralium magna bona existunt: iustis uirtutibusque deditis
reseruat tanquam equissimus iudex. cui maxime congruit: ut
bonis det spiritualia tanquam potiora bona. De reliquis uero.
caducis & temporalibus bonis seu penis et supplicis. tantum
uiris bonis ministret: quantum sufficere conspiciat ad uirtutem.
Quod per alia uerba pulcre Augustinus deducit in primo
& quinto de ciuitate dei. quia habentes politicas & humanas
uirtutes: iuste rebus huius mundi premiuntur. Qui uero
diuinis pollet uirtutibus: premiatur in rebus dei. Et subdit

Augustinus respondens querentibus quibus premium romanis
 falsorum deorum cultores orbis imperium meruerunt. At
 enim quia bonis moribus haec temporalia meruerunt. quia
 ueluti nullum malum impunitum: sic nullum bonum
 irremuneratum. licet idem Augustinus aliam causam assignet
 in principio huius libri. Ut igitur ad conceptum sermonem
 redeamus. Aspera plerumque & amara deus iustis immittit:
 ne illis timeatur aduersitas. sed et malis fortune bona
 concedit: ne in istis queratur felicitas. quas ipsi reprobis
 obtinent. Ceterum in hac rerum uicissitudine agit deus ut
 prudentissimus medicus. qui cuncta ordinat ad infirmis
 obedientis bonam ualitudinem. Is enim sepe secat & urit
 infirmum: nec illum exaudit deprecantem. ut auertat
 ab eo dolorem necantem. Adde quia secundum Gregorium
 occulta sunt dei iudicia: sed occultiora sunt cum boni mala
 recipiunt & mali bona. Sed si curiose causam inuestigare
 liber. ideo malos bona recipere putandum est: quia cum
 boni hic delinquant: iuste hic mala recipiunt. ut ab eter-
 na damnatione eripiantur. Sed et mali bonis hic fruuntur:
 ut inde posterum ad tormenta trahantur. Et subdit Grego-
 rius exempla preclara scilicet de uiculis & infirmis. De uiculis
 inquam. Nam ueluti qui mactandi sunt uiculi: liberi in
 pascuis relinquuntur. Sic ipsius ad mortem currens: efrenatis
 uoluptatibus relinquitur. Contra uero iustus ad tran-
 sitorie delectationis iocunditatem restringitur. sicut &
 uiculus ad laboris usum deputatus: sub doloroso iugo
 retinetur. Denique exemplo infirmorum idipsum probat.
 Negantur enim iustis in hac uita temporalia. quia egris
 quibus spes uiuendi est: nequaquam a medico cuncta que ap-
 petunt conceduntur. Dantur autem reprobis bona que in hac
 uita appetunt. quia desperatis egris omne quod desiderant
 non negatur. Et concludit. Respiciant ergo iusti mala
 que iniquis permant. & nequaquam eorum felicitati inuideant

que percurrit. Que uerba omnē mortalibus admiratōnē
et querendi causam submouēt. Ceterū scđm Augustinū
super canticis quinq; modis & rotidē causis: calamitates
et flagella mortalibus cōtingere perspicuum est. Vel ut
iusti merita per patientiam augeantur. ut Iob. Vel ad
custodiam uirtutum. ut apostolo Paulo. Vel ad corri/
genda facinora. ut Marte lepra. Vel ad initium pene.
ut Herodi. quatenus hic inapiat: qđ in inferno sequit̃.
Vel ad gloriā magnificandā. ut de ceco nato. Ex qbus
liquido constat neminē in hoc seculo sine culpa premi.
uel absq; eius utilitate affligi. Que omnia agunt ut in
his que diuina prouidētia mortalibus mittit prosperis
aut aduersis. nō murmur nobis sit. non queremonia: sed
mens bene conscia potius illis consolet̃ q̃ turbet̃. Multis
enim uariisq; argumentis facile agnoscemus: qa plurimū
expedientia utilia quippe & necessaria nobis sūt laborū
calamitatum. et penalitatum omnīū flagella. et queq;
huius mundi supplitia. Primo enī dilatant cor hominis
ad magna dei dona recipienda. Nam ueluti martellus
fabri dilatat metallum ad id quod artifex desiderat: sic
deus aunfaber hūane creature. per malleū persecutionū
& tribulationum cor iustorum dilatat: ut fructū ex eis
percipiat. et ducat ad ueriora bona de quo dictum est:
in tribulatione dilatasti mihi. supple ad utilitatem meā.
Secundo ueluti aqua uinū tempat: sic aduersa & que/
cunq; huius uite penalia uinum temporalis letitie mo/
deratur: ne homini noceāt. Quod pulcre Aristoteles nō
tacuit í ethicis. Ait enim quia uirtuti deditus moderate
se habet erga hec bona fortune. aut adipiscenda uel a/
mittēda. nec gaudiosus erit bene prosperatus. nec ífor/
tunatus tristis. q̃ si aqua tribulationū nō tempat uinū
prosperitatis: extinguit potius q̃ iuuat. In cuius figurā
scriptū est í exodo: operuit aqua tribulantes eos. unus

modos p cas
calamitates
pala mortalib
t. gtingere.

hies.

P^o h.

ex eis non remansit. Tertio ueluti medicina necessaria est mortalibus: sic aduersitas et afflictio. Vnde Augu. itelligat homo medicum esse deum. et aduersitatē medicamentū esse ad salutem: nō penam ad damnationē. Et subdit. Sub medico ureris. secaris. clamas. non audit medicus ad uoluntatem: sed audit ad sanitatem. Quare fideles conqueri desinant de asperitate infortunii persecutionis aut penalitatis. quia ea omnia signa sūt potissima diuine electiōis. ut per aduersa asperum sit iter nostrū. ne ut ait Augustinus magis delectet diu p̄gere q̄ citius peruēire. de quibus scriptū est. in paucis uexati: in multis bene disponentur. Quarto utilis est fidelibus quippe & necessaria aduersitas tribulatio et persecutio in hac uita: quia ad meliora compellit. Vnde Gregori. mala que hic premunt: ad deum ire compellūt. Quod non ignorans rex & propheta dicebat. multiplicata sūt infirmitates eorum: et postea accelerauerūt. Vnde Augustinus. nullus seruus xp̄i sine aduersitate tutus uiuit. Et subdit. Si putas sine persecutione uiuere: nondum cepisti esse christianus. Itaq; tam utilia ex huius seculi persecutiōibus & calamitatibus colligentes: gaudeamus affligi qui speramus frui. Et ut inquit Bernardus. non timeamus esse derelictos. q̄ nūmō semper memores sumus uerbi christi ad nos dicentis. cum ipso sum in tribulatiōe. Et iterum. iuxta ē dominus his qui tribulati sūt corde.

Actū est fili mi de cunctis uiuendi artibus. quibus in hac mortali uita seculariter uiuit tā nobilibus q̄ ignobilibus. magnificis & plebeis. publicis & p̄uatis. maximis et infimis. Audisti deniq; eorūdem uite generum dulcia pariter & amara. Sed et actū est de omnibus fere malis. incōmodis penis & calamitatibus. supplicis et afflictiōnibus. corporalibus ac mentalibus omnium fere magis nominatarum perosnarum. incipiēdo a nascentis mūdi

origine. Rursus actū est de causis & rōibus cur nocētes
pariter & innocentes. boni simul et mali tot afflictionū
& penalitatum genera patiuntur. Sed et audisti conso/
lationes et congruentia remedia ad eas omnes leuandas
mestitias: quibus mortales in hoc seculo afficiūtur. Que
omnia fili mi opto: solerter cōsideres. ex quibus tu ceteriq;
mortales liquido agnosceris: quid boni aut sinistri omīs
uita t mporalis obtinet. Verum quia opposita iuxta
se posita teste philosopho clarius conspiciuntur: sup est
iuxta pollicitum ordinem: ut cum ī hoc primo libro de
secularibus offitiis & humane uite artibus me audisti
loquentē: te a scilicet ī sequēti libro de spiritali statu
diferentem. Ad te enī expectat de spiritali uita agere
que in duos diuidit̄ status. uidelicet ī statū ecclesiasticū
episcoporum & clericorum. deinde in statum religiosorum.
Age igit̄ si placet de his duobus uite hūane generibus.
et de excellentia & comparatione utriusq;. de dulcibus
et amaris uniuscuiusq;. ut tandem legētes apertis oculis
ueluti in lucidissimo speculo cōspitiant: quid lateat sub
omni uite humane genere. quo fiet ut securus unusq;sq;
eligeret: que frequētius legit ac maturius digessit. ad lau/
dem dei omnipotentis qui est benedictus in seculo.

Explicit primus liber de omni statu & uita tēpali.
Sequitur liber secundus de statu & uita spiritali
ecclesiastica et regulari.



Trabitur forsan sanctitas tua beatissime pater ac clementissime domine. q̄ i hoc opusculo recti ordinis rationem puer/ tenm. Et cū iuxta Gregorium status spūalis tanto tēporali sit dignior atq; excellētior: quāto solis splēdidissimus

fulgor tenebrosis densitatibus: & aurum plūbi metallo prestat. prius de temporali statu egerim: q̄ de spirituali. Sed certe nature ordo ad id cōpulat. Primo enī tēpales nascimur. sed & prius in tēporali statu uersamur: priusq; illum experimur. Deinde temporalis status imp̄fectōe cōspecta: transimus ad spiritualementem statum. Adde. q̄ nō satis excellentiā: perfectionē & internam mentis tranquillitatē status spūalis agnosceremus: nisi p̄us tēpalem uitam: atq; eius icōmoda experti essemus. Postq̄ igit̄ in superior libro de cūctis temporalibus & terrenis siue secularibus statibus. & uiuēdi modis. artibus. ac diuersis hominū exercitiis actum est: in quo p̄ utraq; sui p̄te tā ad cōmendatōnem: q̄ ad reprobationē satis disputatum est. Et quid boni. qd̄ sinistri. quid utilitatis. qd̄ incōmoditatis. quid q̄etis. qd̄ laboris. quid securitatis. qd̄ piculi. quid honesti. qd̄ inhonesti. quid uirtutis. qd̄ uitii omnis tēporalis status & secularis uiuendi modus habeat: plene discussum est. In hoc igitur secūdo libro dimissa matris introductione: & consanguineorū altricione: quibus de re incognita differere nō licet. Deceui ego spirituale ordinem professus: de eodem spiritualis uite statu breui aliqua differere. Fatiam ego satis non tante rei debito. nec tue. S. desiderio: sed conatui meo. Atq; utinam tam digne. utiliter & diserte. de eo eminentissimo statu a me

agatur: quod illius maiestas atque immensitas exigit. Subal-
ternatur itaque uite spirituali duplex status. quia ipsa uita
spiritualis: in duos distinguitur status. Alter est episcoporum &
sacerdotum: ac ecclesiastici ordinis ministrorum. Alter est
monachorum siue religiosorum. De his ergo duobus statibus
& uiuendi modis: hoc libro agendum est. Et quia ad dicendum
campus latus est. & materie ipse non tam diffuse & profuse: quam
a multis tractatoribus confuse reperiuntur. Quinimo propter
uarias scribentium opiniones: uix legentes proficere possunt.
Multa denique in his materiis: intacta aut non satis diserta
inueniuntur. De cuius sub quodam breui compendio. in
hoc secundo libro. flosculos quosdam circa hos duos status
inserere. ubi utriusque status & uite normam. naturam seu
efficaciam. necnon excellentiam. laudes. commendationem.
& demum eorum labores. difficultates. aculeos & pericula
adducam. Demum uero inter se. & alterius ad alterum:
differencias & comparationes breuiter perstringam. Incipiemus
a statu ecclesiastico & primo a summo pontifice. qui culmen
& uertex est totius spiritualis status. Deinde a sacrosancto.
ro. ecclesie cardinalibus. Rursum descendam ad statum
archiepiscoporum. episcoporum. ceterorumque prelatorum.
curatorum. & clericorum sub ecclesiastico ordine degentium.
In quo libro materias in tabula in principio primi libri
descriptas discutiam. Diligens igitur lector ex motiuis.
auctoritatibus & rationibus que inferentur: non statim
uincatur ad commendationem uel improbationem alterius
status: sed motiua. rationes & auctoritates. que pro alio
statu & uiuendi genere adducuntur: accurate consideret.
uidebitque quod hi duo perfectissimi & excellentissimi status:
omnium aliorum statuum & uite humane generum superant
dignitatem. Quoniam & si intra gremium fidei catholice
existentes. in quocumque degant honesto statu. si pie uixe-
rint: saluari possunt. Hi tamen duo spirituales uiuendi

modi: singulariter suos sectatores deo proximiores reddunt. Et si uterque status sanctus & deo acceptus est: alius tamen alio perfectione & dignitate prestat. sed & alter alteri placet & conuenit secundum naturam. qualitatem. ac uires personarum. Inter se tamen circa eorum perfectionem: habent se sicut excedens & excessa. ut latius per discursum eorum que tradentur in hoc libro uidebitur. Ea ergo de quibus in hoc secundo libro agendus est sermo: in infrascripta capitula distinguuntur.

Capitulum primum de sublimitate & excellentia dignitatis summi pontificatus. & de incomprehensibili eius auctoritate & potestate. & de illius necessitate & utilitate. & de altissimis eius misteris.

Summi pontificatus excellenciam. dignitatem & auctoritatem. huiusque sacratissimi status laudes. preconia attollere: illiusque necessitatem & utilitatem ostendere: hodie munus suscepi. grande quidem negotium: sed paruulum ingenium. Cuius tanta est sublimitas & eminentia: tanta immensitas: ut nullus mortalium nedum comprehendere aut satis exprimere: sed nec cogitare possit. Obtundit enim omnem humanum intellectum illius sacratissimi: & omnium eminentissimi status maiestas & excellentia. quia scriptum est. scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Si enim teste Ambrosio. nihil in hoc seculo excellentius atque excelcius inueniri potest statu & dignitate simplicium sacerdotum. & particularium presulum. qui per diuersa orbis loca in partem solitudinis assumunt: quod cogitandum est de eo summo pontifice. qui uices ueri dei gerit in terris? Qui ad plenitudinem status: qui ad apostolicum thronum: qui ad culmen omnium dignitatum assumit. Ex qua certe ut nuui ab arbore: rami ab arbore procedunt. qui non ad humanum tantum

principatū: sed ad diuinum. non ad p̄ncipādum solum
mortalibus: sed immortalibus. nec modo hominibus: sed
angelis. non ad iudicandum uiuos: sed mortuos. non in
terra solū: sed ī celo. nō ad presidēdum solis fidelibus: sed
in fidelibus. Et ut paucis agā. qui ad eā ip̄am dignitatē:
ad eandē iurisdictionē & coactionē ac uniuersalē: toto
orbe sup̄mum p̄ncipatū a summo deo. & eius loco super
cū ctos mortales institutus & euectus est. De quo p̄ Iob
scriptū est. q̄ corā eo curuantē qui portant orbē & reges
seculi atq; tyranni ridiculū sunt. q̄ solus omnē potestatē
ambit. Et sicut sc̄ptura cōmemorat. unus est & secū dum
nō habet. Et iterū de eo scribit. tu solus & nullus tecum.
Et rursus. potens sup̄ ōnes potentes. Cuius teste p̄pheta
sue sūt iusticie. potestas & imperiū. Quem iterū Dauid
signat inq̄ens. dedit ei ptātem & regnū. & omnes populi
& lingue seruient ei. Qui ut canon ait terreni simul &
celestis impu iura suscepit. Cuius sūme dignitatis fasti/
giū atq; maiestas. non modo apud antiquos ueteris legis
effulsit. ac dignius apud catholicos diuina institutione
refulget atq; p̄eminet: sed & apud gentiles sūmum oīm
bonoz & p̄ncipatūū culmē tenebat. Nam ut ait Varro
ex ordinatissimo atq; eminentissimo gradu pontificum
& sacerdotū gentiliū: resultat q̄dam excellentissimus &
sublimissimus status ī uno sūmo pōtifice. Hic Isidorus
distin ctio inquit graduum & ordinū inter pontifices &
sacerdotes: a gentilibus maxie inuenta est. quādo suos
sacerdotes alios simpliciter flamines: alios p̄thoflamies
appellabāt. & aliū qui cunctis flaminibus presideret in
sūmo gradu locabāt. Quē ut idem Varro uoluit Iouis
assūpta ueste īsigni curruli & regia adomatū diuitatis:
plurimū in eo putātes premaxie colebāt. Cicero quoq;
sublimitatē ac excellentiā sūmi pōtificatus gentiliū. ex
illius misteris ostēdit: dū in cultu & religioe suscipiēda

p̄mus oīum erat. atq; unus ad interptandū: que uolūtas
 eēt deoꝝ immortalū. ut statim in sequēti cap. tāgemus.
 Huius deniq; sūmi pontificatus sublimitas. utilitas atq;
 necessitas: nō facile explicari ualeret. Sed ut cetera ta/
 ceam. nō satis plene recteq; uniuersitati orbis a christo
 p̄sum foret. nec ecclesie quā xp̄us sanguine redemit
 morē gessisset: nisi talē tanq; emineatē in terris uicariū
 reliq̄sset: qui in ea pt̄ate & auctoritatis integritate toti
 orbi p̄sideret. qua ipse xp̄us in terris manēs. quippe qui
 per p̄phetam dixerat. quid potui facere uince mee & nō
 feci? Accedit. quoniā solus ip̄e dirigit omnē humanam
 creaturā in finē p̄fectissimū. Quāobrem sibi uni xp̄us.
 clauēs cōtulit regni celoꝝ. ac pt̄atem ligādi atq; soluēdi
 in celo & ī terra. Rursus sūmi pontificatus sublimitas &
 excellētia: atq; utilitas & necessitas ī eo cōspiciē. quoniā
 teste philosopho nō posset hic mūdus regi: nisi unus eēt
 sūmus principatus. ad quē unum pueniendū est. ex quo
 singula dirigunt & gubernātur. cuius nutu & dispositōe
 omnes gerarchici a d̄us ordinātur. Et tandē tota huius
 orbis dispositō dirigat: ad instar celestis monarchie. Nā
 teste Dionisio necessarius est sūmus gerarcha: qui quos
 regit illuminet. Periret. n. omnis ordo rerum: nisi unus.
 sūmus pontifex foret. qui eū ip̄m ordinē ut ita dixerim
 ordinet. dirigat & exeq̄tur. Teste. n. philosopho. ubi est
 ordo & graduum ascensio: ibi necesse est constitui unius
 excellētiam. Periret rursus & mortalium omniū hoīm
 cōmertium: nisi foret unus summus p̄t̄ifex uice dei in
 terra monarcha. in quo omnes ut ī glutino quodā p̄t̄ū
 ad corpus mysticū copulētur. & in quo singuli ut mēbra
 sub uno capite gubernent. Periret fidei unitas. & ecclesie
 unanimitas. & cōcordia simul & pax. qua nihil dulcius
 excogitari aut inuēiri potest: nisi foret unus supremus
 pontifex. qui cūctos mortales ad unius fidei & unitatis

uinculum reduceret. dicēte Hieronimo ob eam rem in
remedium scismatis actum esse: ut unus omnibus presit.
Periret deniq; illa cunctis mortalibus necessaria ad deū
meditatio. Teste. n. scriptura romanus pontifex longe
pfectior. lōge dignior & efficacior. inter deū & populū
mediator existit. antiquo illo balbutiente: sed iusto
Moyses ac fratre eius Aaron. q̄ solum ī uno populo. in
una gente: sed & super terrenis mediationis officio fū/
gebātur. Summus uero noster pontifex teste apostolo
ex hōibus assumptus: tamen p̄ hōibus constituit in his
que sūt ad deū. ut offerat sacrificia & dona pro peccatis.
Hic igitur dignius salubriusq; mediator existit populi
ad deum. Hic sacrificia. hic holocausta nō hircorū aut
uituloꝝ: sed ueri sacratissimiq; corporis christi deo patri
offert. eosq; ī eodē ministerio instituit: q̄ itidem faciāt
in orbe uniuerso p̄ delictis populorū. Hic igitur peccata
diluit. hic animabus fidelium penas condonat. supplicia
relaxat. Hic ueniā lapsis impartit. hic errātes corrigit.
delinquētes cū expedire reducit. Hic icorrigibiles punit.
& tandem peccatores summo deo cōciliat. illūq; iratum
placat. De quo sapiens ait. Ecce sacerdos magnus qui in
tempore iracūdie factus est reconciliatio. Periret rursum
iustitie uirtus. q̄a eodem philosopho teste. nisi unus in
orbe foret qui eam cunctis ministraret. & negligentium
uicem suppleret: quiddam iustum ē periclitaretur. Vnde.
Augustinus. sine iustitia non potest regi hec respublica
humana. Neq; .n. uera aut recta potest esse respublica:
nisi unus omnibus presit qui gubernet & regat. q̄ sūmus
pontifex est immortalis dei uicarius. Periret tandē illa
potissima iustitie pars. quā Aristoteles epykeiā uocat:
cōmuni bono uniuersi orbis p̄ necessaria. per quā sūmus
monarcha dirigit iustū legale. & plerunq; scriptā rigi/
damq; iustitiā moderetur. dispensat. detrahit. p̄ ut rerū

cōtingentiū suppetit diuersitas. & boni cōis necessitudo
 ex postulat. Periret demū alia iustitie non infima pars
 quā distributiua uocant. que unius pprie est summi
 p̄ncipatus. qua unicuiq; scđm eius dignitatem & menta
 certa proportōe premia elargit̄. Dignitates p̄ncipatus.
 regna & ip̄ria p̄ meritis donat atq; instituit. p̄ demeritis
 uero transfert de gēte in gentē. Quare & si cetera taceā:
 huius sacratissimi & eminentissimi status sūmitas. maiestas.
 atq; felicitas simul & necessitas. ac utilitas i eo facile cō/
 prehenditur. Nam si ut aiūt nulla maior est felicitas: q̄
 multos fecisse felices. Hunc statum beatissimum tanto
 felitiorem dixerim: quāto plures super omnes mortales
 facilius & ut ita dixerim felitius: felitiores agere potest.
 Patet igit̄ huius sacratissimi status excellentia. dignitas
 & utilitas atq; necessitas. Patent eius laudes & preconia
 nō modo ex auctoritate instituentis. ex dignissima in/
 stitutōe. ex causis dignissimis: sed ex fine optatissimo.
 ex beatissimis. ex propinquitate ad deū. ex fructu
 desideratissimo. ex cunctorum mortalium utilitate &
 felicitate redundantia.

Capitulum secundum de spūalibus incōmodis: amantur/
 dinibus: miseris: aculeis. necnō mentis afflictōibus:
 periculis & laboribus sūmi pōtificatus. ubi plurime
 summorum pontificum calamitates & spiritus per/
 turbationes narrantur.

Stupore non paruo audita est illa oīm dignitatū
 sup̄ma dignitas. & cūctarū potestatū eminentissi/
 mus p̄ncipatus sūmi uidelicet pontificatus. uisaq; ē tanti
 numinis celsitudo. & auscultata tāte lucis splēdidissima
 claritas. cuius radiorum iubar totus lustratur orbis atq;
 uegetat̄. Sed & ante nostre mentis oculos contemplata

est tanti culminis prerogativa dignitas atque excellentia.
& tanti tribunalis suprema auctoritas. cognita est illius
sacratissimi atque diuinissimi status summa utilitas atque
necessitas. Demum audita sunt breui eiusdem status laudum
preconia. discusse sunt eiusdem culminis utilia & comoda.
dulcia & prospera. Verum quia alterne sunt rerum omnium
uices. nec aliquid ita prosperum est: quod grauissimis aculeis
non tangat. Idcirco iuxta pollicitum & consuetum ordinem
eiusdem altissimi status adducenda sunt incommoda. ama-
ritudines. labores. & pericula atque praesentia: ut cernat quisque
in ea sedet: quippe in se experiat. Cernat rursus & ceteri
mortales qui in illo status culmine summam omnium felicitatem
collocant: uerissimum esse quod sapiens ait. quia extrema gaudii
luctus occupat & risus dolori miscetur. Et propterea uerum
est illud eiusdem sapientis. gaudium & felicitatem dixi errorem.
& felicitati inproprie dicebat. Cur frustra deciperis? In ea
igitur differenda re: bipartita est oratio. In prima quidem
huius summi pontificalis status incommoda & infelicitates.
amaritudines & pericula. labores & miseriae spirituales uide-
licet & mentales: breui sed amaro calamo describemus.
Secundo in loco temporales siue corporales miseriae eius
status. labores & incommoda ac interna latentia & apta
pericula differemus. In primis. non illud antiquum: sed uerissimum
sapientum uerbum nostris mentibus repetendum arbitror. quia
quidquid in orbe preeminet atque precellit: multis internis
doloribus suos afficit ac praesentibus possessoribus: sed & infinitis
pene mentis aculeis ac amaritudinibus excruciat quos
demulcet. Ceterum discernenda est ut puto dignitas a persona.
accidens a subiecto. qualitas ab obiecto. dignitas certe
eius est excellentiae. eius culminis uti audiuimus: quippe de
qua sanctorum patrum habent traditiones. quia nemo sane
mentis dubitat sanctum esse: quem apex rationis dignitatis
atollit. in quo si desunt bona acquisita per meritum: sufficiunt

que a Petro loci uidelicet precessore testantur. Adde. q̄
 ea ipsa dignitas teste Symacho papa: aut claros ad hec
 fastigia erigit: aut qui engurur illustrat. Persona uero
 cui tanta dignitas heret: utinā sic sanctitatē uite ex ea
 dignitate contingeret: sicut ex loci prerogatiua nomen
 sanctimonie recipit. Sed prohdolor altitudo dignitatis:
 uirtutis: persone innocentia non inducit. Quod si illud
 eiusdem Symachi quis obiecerit: quia Petrus apostolus
 perhennem meritorū dotem cum hereditate innocentie
 transmittit ad posterof. Id nisi fallor de eis. sū mis pon/
 tificibus plane intelligit: quos par sanctimonie splēdor
 illuminat. Transmisit igit Petrus sanctitatem status nō
 uite. transmisit sanctimoniam cathedre non persōe: ut
 heredes essent futuri pontifices sue bonitatis. atq; causā
 occasionemq; bene recteq; uiuendi: sancte presidendi
 reciperēt. & sanctitas loci meritaq; p̄cessoris aliū hoīem
 facerent: q̄ natura genuisset. Plerūq; .n. teste Isidoro dū
 mutatur status: mutatur mētis affectus. Accedit. q̄ sicut
 excellētiā & dignitatē: ita dignitatis sequelas uidelicet
 erumnas & labores Petrus transmisit ad posterof. Quas
 dum impurbata mēte considero: nescio romanos pon/
 tifices tanta miseriarum laborum dolorumq; immēsitare
 respersos felices: nū potius ifelices aut miseros dixerim?
 Insepabilis .n. & affixus atq; annexus est huic culmini
 cunctarū mentis afflictionū & perturbationū acruus
 grauissimus. Idq; ipse Hieronimus nō negauit inquit. s.
 q̄ non est facile í loco Petri & Pauli tenere cathedrā.
 Et Augustinus. Sicut nihil in hoc seculo excellentius:
 ita nihil in hac uita laboriosius. nilq; difficilius ac peri/
 culosius pontificatus offitio. si eo modo nō milite: quo
 imperator xpūs iubet. Quod an uerum sit: unusquisq;
 in ea sede locatus non modo experit: sed patitur. q̄ plus
 miseriarū mentisq; amaritudinū in se conspiat: q̄ legat

in cordibus. q̄ si tam graues huius dignitatis aculeos nō
sericit: oīum eū miserrimū dixerim. Nam ut aiūt ppriā
nō nosse miseriam: sūma miseria est. Quis. n. oro letus?
Quis felix in tantis miseris eē potest? Quis securus inter
mille picula non semel. sed iugiter iactatus? Quis rursus
felix appellari audebit: ī quem unū oīum mortalium
etiam uilissimozq; hoīm ora laxantur. lingue mordaces
cumulatissime & impune armañtur: que utrunq; suum
hoīem uehementissime cōturbant? Quis oro Gregoriū
magñū unū inrer sūmos pōtifices post Petrū clariorem:
sanctiorem: aut felitiore negabit? Is tamē grauissimis
mētis tempestatibus & diuersis aduersitatibus siue infe/
licitatibus urgebat. Nam curarū sarcina demū emulozq;
detractiōibus perturbatus: in seq; pene distractus ut ca/
niones eius habent: in seipm indignatus dicebat. Infelix
ego in ecclesia ista qd fauo: ubi me episcopi despiciūt &
decrabunt. omnipotenti deo gratias ago. Quid igitur est
q̄ felitior post Petrum pontifex se infelicem appellat?
Aut quis in pontificatu felix erit: qui Gregorium non
habet ī felicitate consortem? Aut cum quo rursus aliq;
felix sit: qui cū Gregorio nosatur esse infelix? E qdem
tanta miseriarum & perturbationum mole hic beatus
sūmus pontifex refertus fuit: tot mētis perturbationibus
& cruatibus constrictus: ut quem ad modū de seipso in
registro ait. tedio rerū uictus nullū manus supplicium:
q̄ illā sūmam felicitatē putabat. Dicebat rursus spinosā
fore cathedrā romani pōtificis. fastigiū q; illud sūmum
acutissimis usq; quaq; consertum aculeis: adeo ut corona
& purpuratū frigiū nō tam aurea q̄ ignea censeatur.
Idq; & Adrianus papa non negabat. Referebat. n. sepe
teste Polierato: qa nō iocūdis letisq; gradibus ascēdisset:
sed in incude & malleo dilataffet eū dominus. quē pre/
cabat ut dexterā apponeret: quo insupportabile onus:

tanq; infelicem ut ita dixerim felicitatem ferre posset.
Rursus iuxta quēdam sapientē. q̄a duplex se offert
 mortalibus uia qua gradiendū ē. altera ad laborē: altera
 ad miseriam ducit. Eligat igit̄ quam sibi uult summus
 pontifex. aut enim sese miserum: aut ex libero scutum
 agnoscat necesse est. Quo fit. ut apud semetip̄m quietē
 animiq; tranquillitatē optans: & requiē no n inueniens:
 descendisse nō ascendisse recte arbitrabitur. Nam. curis
 multiplicibus īplicatus: ascensio ē sua afflictō ē potius
 & spūs molestia extimabit. quia teste Gregorio quāto
 quis altior erigitur: tanto curis grauioribus oneratur. eisq;
 populis mente & cogitatōe supponit: quibus preponitur
 dignitate. Quo fit. ut q̄to cunq; ingenio polleat: ī tanto
 curarū tumultu & aduersariū sibi rerū assiduo cōflictū
 quo se ferat ignoret. Quippe ad spū alia reddatur imbe/
 cillior: qui sibi in terrenis uidetur diligentior. q̄a ut aiūt
 facile celestia amittūtur: cum terrena diligunt. Rursus
 qui in eo fastigio sedet dū securitatē uite eterne captat:
 ad interitum ad periculum currit. Quid ergo felicitatis
 habet: cui nihil est securitatis? Quis enī securum sūmum
 pontificē arbitrabitur: qui de portu sciens fugit ad nau/
 fragium? Si. n. in parua aqua cū tempestate periculose
 nauigatur: quanto periculosior erit nauigatio in mari
 magno & spatioſo. ubi reptilia quorū non est numerus:
 quorum quedam blandiendo serenarum more miserof
 decipiūt. quos dum eleuant: deiciunt in pfundū maris.
 Quedam reptilium genera ut glutiant: appropinquāt.
 que sua sūt querūt: nō que salutis nauigantiū. Quedā
 deniq; minus ledunt: dum ī aperte insidiantur. Quedam
 more beluarū sub amicitie colore nauis appropinquāt:
 ut illam dorſo subuertant. quā rectis membris inuadere
 nō ualuisse. Et ut paucis agam. quid esse pōt in tāta
 tempestate securum? Nam teste Gregorio qd est aliud

potestas culminis: nisi tempestas metis? Distrabit certe
tante dignitatis cura: tanta rerum sollicitudo: que menti
pōtificis etiā si ferrea marmoreaq; sit: confusione ingerit
& sui ipsius ignorationem. Nam iuxta Gregorium sepe
suscepta cura regiminis per diuersa & aduersa in seipsa
collidit: & imperfectus quisq; inuētur ad singula: dum
confusa mente diuiditur ad multa. Demum in his que
diximus si illud ifelicitatis & pīculi genus addideris: nihil
est cur sumi pōtificis felicitatem: infelitoriē & miseriorē
cunctis mortalium miseris nō contendas. Obstat enim
sue supreme excellentie: sue momētaneae felicitati: inte/
rioris sui hoīs ignis inextinguibilis cōscientie remorsus
assiduus uermis: q nō cōsumit nec consumit sed cruciat.
Que oīa tanto premūt grauius: q̄to que suo congruūt
offitio: aut non egisse: aut neglexisse damnabiliter nō
ignorat. Deniq; si illū periculo proximum dicimus: qui
paucarum aīarum curam suscepit. quo pacto letus: quo
securus erit: qui oīum curas in se unū transtulit? Fortes
certe illos humeros dixerim: nisi leuem putet sarcinam.
Quos pulcre Bernardus tangit inquiens grauiori & pe/
riculosiori debito tenentē astricti: qui p multis aīabus
rationem sunt reddituri. quia iuxta pphetam de manu
pastoris peccata populi requiruntur. Id ip̄m periculum
summi pontificatus magnus Gregorius plangebat: atq;
in ipsa sua assumptōe grauisime deplorabat. ut ex eius
registro colligit. Ait enim cor meū dereliquit me. nolite
uocare me noemi. filios. n. perdidit id ē opera p terrenas
curas. Prius eram super altitudines terre: sed post curarū
fluctibus & tempestatibus sū depressus. Et subicit. Quis
ad hoc sufficit onus? Simia uocari leo potest: sed nunq̄
fieri. quasi dixerit. Vocari in ecclesia possum summus
pōtifex: sed ope fieri nō ualeo talis: nisi que tali digni/
tati congruunt digne peragā. Hec pauca inter nimia

de summi pontificis spūalibus miseris: laboribus: curis & mentis amaritudinibus a me breui diserta sūt. Adde que infra tangē: cū de epōrū & alioꝝ ecclesie ministrorū aculeis laboribus & periculis sermo erit.

Capitu. tertiu de plurimis tꝑalibus & corporalibus incōmodis: amaritudinibus & miseris & calamitatibus romanoꝝ pontificū: & de illorū promptis & ei coniunctis laboribus & periculis: anxietatibus & inseperabilibus erumnis.

Qui aures audiēdi habet: nō sine magno merore audiuit ea spūales: miserias & mentis afflictio ē. pauculas qdem ex multis: sed ueras atq; pergrauas: easq; spiritus amaritudines: incommoditates ac labores: sed & pericula que summum pontificem comitatur. Superest iuxta pollicitū ordinem: ut cetera incōmoda aduersa & pēcula temporalia: que eosdem sūmos pontifices dum in hoc laborioso uite p̄sentis certamine militāt: tꝑaliter siue corporaliter premūt breuissime audiamus. In qua re magna nobis se offert ad dicendum copia: si esset qui tam grandi negotio parem dicendi uim accommodaret. Demus igit atq; pro constanti fateamur: qđ p̄ difficile contingit. & fingamus alicuius sūmi pontificis tantam aliquādo fuisse aut esse posse gloriam: tantā uirtutem: moderationem atq; industriam: ut ei cuncta succedant prospera. Demū honoratus plurimū sit. & in omni orbis plaga laudatus & adoratus: cui omne genu ut debitū est flectatur. Obstant tamen his exterioribus felicitatibus plurima: que potius crutiāt q̄ satiāt. nec tantū delectēt q̄ premant. Primo qdem obstant domestice cure. obstat rursus quedā iniquissima auuiditas. & ut ita dixerim rabidissima rabies p̄p̄inquo se exaltādi: atq; carne & sanguīe

reuelantibus: familiã. genus. stirpẽ perpetuandi. Volũt enim nõnulli summi pontifices: ut a se iam non una: sed plurime insignes familie & nõiatissime domus incipiãt: illustres principatus nascãtur: quorũ desiderio nõ deerũt priscoꝝ exempla pontificũ. & longe minus q̃ huiusmõdi p̃posito faueãt. Nam docti pariter & indocti idip̃m suadebũt. alii fabulas: alii scripturas allegabũt. auctoritates retorquebunt. prurientes pontificis auribus: ecce inquam. nemo carnem suã odio habuit. Christus quoq; cuius actiones summus pontifex illius uicarius imitari debet. cum dilexisset suos: usq; in finem dilexit eos: q̃ sibi cõiunctos exaltauit: sed ad crucẽ dixerim. Multa multa dicent ut placeant: quia id ipsum placere pontifici non ignorant. Plurima suadebũt ut decipiant. fateor tamẽ. facile est decipere uolentem. Sed plerũq; decipiũtur in adinuentiõibus suis. & inde punire eos diuina p̃uidẽtia ordinat: unde peccatum insurgit. Non nunq̃. n. ingrati sũt nepotes & cõtribules. ingrati p̃p̃rii. ut a rege lybie sumere exemplũ libet: cui nepos aduersus fuit: & p̃p̃rii uite insidiatores ac fratrum interfectores. Demũ si grati erunt: heredes q̃dem pecunie erũt: sed de heredes uirtutis. Adde. quia si uirtuti dediti. si studiosi fuerint atq; merito diligendi: hi pro eorum uirtute plerũq; emulos habẽt: totaq; contra eos armat indignorũ turba. Id tamẽ raro conspiciamus: quimo sepius qualificatũ sanguine p̃ferũt q̃lificato sapientia & uirtute. putãtes ex cantatis ordĩe excusatos: quam a se & suis incipere aiũt. Quo fit. ut dũ sumus pontifex eum ipsum cantatis ordinem seruare se simulat: in eum cõmittat. Cum itaq; ordinata caritas id primũ exigat: ut coniuictos sanguine sapientie & uirtuti p̃ditos diligamus: eosq; spiritualibus honõribus ceteris preferamus. Quibus non similibus: non beneficiis: non p̃motõnes: sed patrimoniũ si egent relinq̃mus: natureq;

pro quo 6 exat

non carni subueniamus. **E**contra plerūq; fit. **E**xaltant enim indignos: prætereunt dignos. Sed non diu transit inulta tam improba personarū acceptio. Aut. n. taliter exaltati ditatiq; illa omnia breui consumunt tempore: que alibi longo cruciatu pontifices luituri sunt. Aut re/pentina morte eripiūtur: eosq; ī momento perdūt: quos longo studio maximisq; impēdiis: & anime periculis in altum prouexerūt. & quos exaltarunt in uita: seruare a morte nō ualent. Quippe quos heri & nudius tertius ad magna leti duxerūt fastigia: hodie mesti ad pua ducūt sepulcra. Et ut paucis agamus. conspiciūt assiduas fratrum nepotum & caroz prematuras mortes: ne dixerim cedes. **T**aceo q̄ summis pōntificibus heres incertus est. successor ingratus atq; non placitus ne dixerim emulus. Quod si aut. quid ne id pontifici officit: qui dū uiuit sup cūctos mortales gloriam & imperium obtinet: & omnes uiuētes iudicans a nemine iudicatur? Quippe qui ī eum solum obloquūtur: sacrilegi reputātur. Quibus facile respōdemus. Primo enī sublimitatē & potētatum nō negamus. Sed illud atēdere libet. quia quo sublimius quis sedet: eo grauius descendet. Vix enī ex alto sine penculo: aut labore descenditur. Sed ut qdam sapiens sapienter ait. hoc inter prudētes & ignauos interest. q̄a illoz descēsus est: istoꝝ uero precipitiū atq; ruina. Nam teste Augus. quāto gradus altior: tāto casus grauior. Et rursus. Quo plus ceteris quisq; potest: eo magis sat sibi eē metuendū. Quod rursus dicitē romanū pontificem super mortales gloriam honoris & laudis nomē obtinere. neminemq; ī eū nec uerbo prorūpere: in quē sinistri aliquid cogitare nephas punibile iudicatur. **F**atendū est quia nō deerūt qui laudent: & in celum usq; eius nomē & gestoꝝ suorū facta extollāt: colant: uenerent & adorent. Et ut qdā ex modernis dicebat. nec deerūt q̄ obsideant & circūstēt

adulatores
adulatores
adulatores

sumo pontifici. qui demum assistant: ne dixerim resistat.
Sed nec deerunt qui serico terram sternant: celos apponant
mobiles: ut sub umbra gloriosus pertranseat. Sed uersa
uice non deerunt qui inter ea omnia obsequiorum genera:
in eum unum oculos figant. de eo iudicent: obloquantur:
actus arguant quos coram extollunt. uerba distorqueant:
que paulo ante in presentiarum plena sapientia ac sensum
consumatum dixerunt. Nec deerunt qui famam in theatro
lacerent: quam in palatio laudant. uitam seorsum carpant:
quam coram illo commendant. Et quodquid mali. quidquid
aduersi accidat: sibi unum uulgi attribuet. Si pacem. si con-
cordiam. summi pontificis opera populi suscipiunt: non
deerunt qui id negent. alias enim ut inquitur futurum erat.
Si quid uero belli. si quid discordiarum. etiam sine pontificis
culpa acciderit: ipse unus causa & fomentum erit. Rursus
si uis eisdem romanis pontificibus cuncta eis uotiuam &
prospera succedant: aliqua tamen imo plurima eis ipsis
omnia habentibus deerunt. Deest primo naturalis uidelicet
libertas: qua se ex libero seruum constituit. quia merito
liber esse nequit: qui seruus esse maluit. Quo enim pacto
dum catenis quis uinctus est: liber esse potest? Aut quomodo
piscis liber iter. hamos erit? Aliud denique romano pontifici
deest: etiam cuncta possidenti forte inepte dixi. Quid
enim omnia habenti. deesse potest? Certe qui dicat ei uerum:
a minimo itaque usque ad magnum omnes adulatorum student.
artificiose ei loquuntur: ut decipiant. in dolo suadent: ut
uincant. fraudulenter supplicent: ut optata pertingant.
Et quia adulationem sine dolo esse nemo dubitat: dolose
sefe blanditores confederant: ne alter alteri contradicat.
& ueluti oratoris finis est persuadere uerbo. medici farmacia
curare: sic adulatoris finis est persuadere uerbo doloso.
¶ Nam fistula dulce canit: dum auceps decipit auem. Et iuxta
Hieronimum nec uenena dantur: nisi melle circulinita. ¶

hi pares fatiunt deo pontifices. diuinos profitentur. Sed nisi fallor in eo se pōtifices plurimū diuinitatis habere cōprobarentur: si tales rapti facerēt ad tormenta. & in eo se dei cultores agnoscerent: si tales deceptores grauissime punirent.

Capitulū quartū de alia infelicitate & calamitate romanoꝝ pontificū: uidelicet quia diu non uiuāt in pontificatu. & de causis & rationibus huius breuitatis uite in eisdem summis pontificibus: potius q̄ in aliis monarchis & principibus.

Felices & perbeatos sese summi pōtifices arbitrantur: si his tantum calamitatibus. miseris. & amaritudinibus. quas paulo ante narrauimus premerent. Sed ultra ceteras: ea una oīum grauissima nusq̄ a mēte decidit: q̄nimo continue affligit. urget & cruciat. cuius cōparatione reliqua omnia incōmoda labores & picula leuia q̄dem & tolerabilia: sed & dulcia ab eō reputātur. Cum. n. scriptū sit quia pellem pro pelle dabit homo. & cū ceta dabit p̄ uita sua. Eo fit. ut breuis uita & p̄matura mors sicut ultimū est oīm terribilium: sic cū cētis piculis & laboribus grauior atq; molestior existit. Cunctas. n. calamitates & captiuitatis miseras populus israeliticus pati uoluit: ut solum uiueret. Dicebat enī. melius est ut captiui uiuentes seruiamus Nabuchodonosor regi. Est ergo summoꝝ pontificum ut aiunt illa sūma infelicitas. & tāto statui cōiuncta infelicissima calamitas: quoniā & si cunctis affluant bonis: nunquā ut aiunt diutius in pontificatu uiuant. ut de eorū quolibet scriptura dicere uideatur. quia ante ruinam exaltabitur cor. Et iterū. exaltatus cito consumatus. & ī breui expleuit tempora multa. supple q̄bus alias uiuere debuerat. Et iterū in eo ipso q̄ primatū super omnes mortales tenet: illud recte

f. Vita captiuitatis

impleatur. q̄a omnis potentatus uita breuis. Rapiuntur
quidem summi presules & citissime post assumptionem
moriuntur. adeo ut post eorū predecessorē Petrū apostolū:
qui per quinque circiter annorum lustra ecclesie presuit.
nullus post eū successor hoc spatium p̄tificationis equit.
Quinimo si moderna libet tempora cōtemplari: uix ad
romanum sedis culmen euebitur: qui paucorum metas
transcendat annorum. Quē siquidem breuis uite necessitas
cū dignitati ānexa uideatur: meritō apud hoīes natura
ipsa uiuere cupidos. precipue sedētes in ea cathedra oīm
mortalium infeliciores: & calamitosiores reputandi sūt.
Verū q̄a hec nō recens ē querela: sed antiqua cōcertatō.
& apud maiores nostros tam monstruosa & prodigalis
calamitas. non solum in stuporem adducta est: sed eius
ratō & causa sepe quesita. Nec tamē arbitrari meo satis
inuestigata reperit: decreui succincto sermone disserere.
Num ea res ita sit. demum an sufficiens ratio siue causa
breuitatis uite romāorum pontificum: potius q̄ aliorum
presidentium assignari ualeat. **I**nter scribētes igitur
repenimus Petrum Damiani ī scripturis diuinis eruditū:
ac uirū e: oquētissimum ut eius quedam habet epistola:
interrogatū fore ab Honorio sūmo presule. quid cause
tante esset infelicitatis. Is igitē causas & rōnes inuestigare
conatus. Idcirco arbitrat̄ diuinā p̄uidentia ita dispōere:
ut humano genen metū mortis incutiat. & q̄despicienda
sit tēporalis uite gloria: in ipso glorie p̄ncipatu euidēter
ostendat. quatenus dum precipuus & supremus omnium
hominum tam angusti temporis compendio moriatur:
tremefactus quisq; ad prestolandi sui obitus custodiam
prouocetur. Et arbor humani generis dum cacumen &
uerticem suū tam facile corruisse cōsiderat: flatu cōcussa
formidinis: in suis undiq; ramusculis contremescat. Sed
subicit q̄spia fortassis obitiet. Cur & regibus cesanbusq;

De. a. nos. 2. 172
114. 1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.

damiani.

hec eadem uiuēdi breuitas nō occurrat? Nā & Octauianus augustus quo iūperante saluator mundi de uirgine nāsa: & Dauid rex de cuius stirpe dignatus est ppagari: alter quinquāginta sex. alter quadraginta annorū circulis regali fastigio floruerunt. Et post xpī aduentū Iustinianus quinquāginta fere annis imperauit. Post quos & alii uidelicet utriusq; regni p̄ncipes & si minusculo: nō tamē adinstar romāoz p̄tōficū breuissimo regnauerūt tpe. Ad quod facile Petrus Damiani respondet. q̄a cū unus omni mūdo papa presideat: reges autē plurimos in orbe terrarum sua cuiusq; regni meta concludat: & quilibet imperator ad pape uestigia corrūt. qui rex est regum & princeps impantiū. ac cūctos in carne uiuētes: honore & dignitate precellit. Quo fit. ut quolibet rege defuncto: solum regnū eius destituatur administratiōe. Cum uero sedis apostolice pontifex moritur: uniuersus ueluti cōi patre mūdus orbatur. Quid enim africa de regibus asie: aut quid ethiopia de hispanie principibus sentit? Nam siue moriātur siue uiuant: quia procul a se remota sūt: utrumq; indifferenter ignorant. Est & aliud. Cur mors cuiuslibet regis nō magnopere fit terron: quoniā seculares p̄ncipes qui turbis popularibus presūt: sepe gladius premūtur. Nam ut de multis paucos adhibeam. Gaius. Claudius. Nero. Galba. Otto. Vitellius. omnes isti imperatores per continuam sunt seriem unus post alterum principati. & excepto Claudio: cuncti sunt uel suis uel hostibus gladius interempti. Postmodū quoq; sicut romana tradit historia Antonius. Alexander maximus. Gordianus. Detius. Gallus. Volustianus. omnes hi seriatim sibimet per continuum ordinē succedētes: gladio trucidante prostrati sūt. Seculares ergo principes quia diuerse mortis casibus exponūtur: cor audientium eorū exitu non terretur. Pape uero uita quia sola naturalis

11
 p̄ncipes gladi
 p̄ uidi. tunc p̄
 gotho m̄ reg
 ano regni p̄
 frat̄z q̄ filio
 rōm̄ affiōt
 p̄ de x̄m̄ die. x
 gothoz. q̄ ab
 gis palatio
 p̄ manu p̄tōg
 a manu p̄tōg
 abierit ill
 p̄ altū ilig
 t̄y d̄ d̄ l̄ is
 .xix. r̄ḡ q̄
 Luba. xxi. r̄

90

p̄ sedis p̄tōg. G. p̄tōg. xxi. r̄. gothoz. cuncti uel suis uel
 ba. xxi. ueneno r̄t̄it̄. p̄ uidi de r̄ḡ biton. p̄ d̄ p̄tōg. p̄ uidi
 r̄. d̄. p̄tōg utro r̄ḡ r̄t̄p̄z. q̄ belat̄m̄ r̄x̄ d̄ p̄tōg r̄t̄t̄t̄o. a uo
 r̄ḡ b̄ p̄tōg p̄tōg r̄t̄t̄t̄o.

obitus lege concluditur: eius ex hac uita transitus sine
 graui formidine non audit. Porro qa terreni principes
 regni sui quisq; ut dictu est limitibus includuntur. causa
 non est: cur per alienas mundi prouintias eorum obitus
 diffudatur. Papa uero quia solus est oium ecclesiarum
 uniuersalis episcopus. cu luce priuat: mors eius p ampla
 terraru regna diffuditur. Et sicut sol quia solus lucet. si
 eclipsim forte sustineat. presto necesse est: ut tenebras
 totus ubiq; mudus incurrat. Sic papa cum ex hac uita
 recedit: ilico quia unus in mudo est: longinqua regnoꝝ
 spacia mortis eius fama percurrit. Et consequens est. ut
 quostam sublimis singularisq; persone casus obturbat:
 prope quoq; uocationis exitum tremefactis uisceribus
 expauescat. Vbi notadum q uelit omnipotens deus ro.
 pontificis uitam hoibus in edificatõe prodesse. cuius etiã
 mortem decreuit salutem gentium ministrare: qto studio
 debet lucris aiarum dum adiuuit intendere. cuius etiam
 mors prouidet ad creatorem suu animas hoim reuocare.
 ut dum se patrem orbis esse cõsiderat: ab impetranda tot
 filis hereditate desidia non torpescat. Hec est illius sa/
 pientis sententia. que & alus persuasiuis causis & roibus
 iuari potest. Primo qdem quia cu diuina prouidentia
 nihil in orbe agat: cuius legitimã causa non procedat.
 Pie arbitrandum est. q nõ nisi ex iustis causis in diuina
 mēte reconditis: uitã sũmoꝝ põtificũ abreuiat. Et inter
 ceteras ut xp̃m imitentur in uite periodo: quem imitari
 debent in uiuēdi modo. Et uicarius patronum sequat.
 qui intempestiue & i dimidio annorũ suorũ ab hac luce
 subtractus ē. Ipse. n. dixit. q mihi ministrat me sequat.
 Rursus immortalis deus iudex rectus uitam donat &
 adimit: scdm suã nobis incognitã iustissimã distributõ/
 nem. sed & cu eqssimus arbiter existat: ita suis mĩstris &
 fidelibus uitã distribuit: ut nec alter ex recepto beneficio

Handwritten notes in a cursive script, likely a library or archival stamp, located at the bottom of the page. The text is partially illegible due to fading and overlapping.

superbiat: nec alii eius felicitati inuideant. Obliquaree
 siqdem eade diuia & eqssima distributio: si cucta huius
 uite felicia & prospera que simul singulis denegat: uni
 concederet. Ea igit ipa diuina & eqssima puidetia oia in
 mesura & podere equas: pape uicario suo sumu oim fe/
 licitatu culme donauit. sed ne tata felicitate itumescat:
 longam adimit uitā. Ceteris uero mortalibus qd illi uni
 negauit: recte indulget. ut ille heat: quo istos excedat.
 & illi obtineat: de quo ille inuideat. Accedit. quonia cu
 oim mortaliu studia ad uiuendu tendat. ordinat iustis/
 simus deus: ut ta uehementi uiuedi studiū mors pueniat.
 in eo psertim q ceteris potius q sibi uiuere optadum eet.
 Quare in eo tanto celenus uitā eripit: qto studiosius illā
 cupit atq; custodit. quia iuxta Grego. qto mens hūana
 se per desideria dilatat: tanto ad receptionem effectum
 angustat. Et iterū. hec hūana uita per momēta deficit.
 & cū plus uiuendi desideriu crescit: ipsa uiuedi anxietas
 desiderio terminatur. Quo fiet. ut ipi romani pontifices
 oia habetes facile agnoscat: q decipiunt i cogitatioibus
 suis: dū sibi longā uitā pmittūt. Et qui nō ignorant qa
 non est hois uia eius: discant ea desiderare que psint. Et
 dū per potentiā stare se putant: qfacile cadāt aduertāt.
 Demū negat rectissimus deus uicario suo: que optat ad
 eius solius utilitatē. cui donat que sunt ad eius ueriozem
 salutē. Nā iuxta Grego. multa incōmoda icurrūt sepe
 hoies diu uiuendo. Ex his itaq; causis putarunt nōnulli
 sapiētes & curiosi uiri. romāos pōtices nō diu in pōtifi/
 catu uiuere. An aut rōes ipē urgeāt: statim subitiemus.

Capitulū qntū de uerissimis causis breuitatis uite
 summoꝝ pōticum. & an sit uerum uniformiter:
 q parum in papatu uiuant. & an in hoc romani
 pontifices differant a ceteris mortalibus.

*scribitur vna scriptura ap zanoia. ut i mo ti. q i di bichu
 qd dicit qd dicit factu pccatū i a pdris rde. et
 p pcc. qd dicit p pcc suū r pcc ac dicitur hō mōtū
 ut ead rōmā. d sanctio. y. sic dicit qd pccatū pcc
 expulit. et pccatū. y. maffidū filij nāho sub pccatū
 fiet i f mō. nō dicitur pccatū. et i f. z. pcc. nō dicit. dū
 agit de pccatū tū pccatū f r mō i g.*

A Signate sunt cause & rationes breuitatis uite
sumorum pontificum pro ut quibusdam sapientibus
placuit. que & si uere & exemplares ac rationi satis consona
uideantur: pro eo maxime quod timore mortis ac contemptu
culminis dignitatum persuadere uideatur: & ob eam rem
aures demulceant. quia tamen in mente diuina recodite
sunt: cuius iudicia ut abissus multa nobis incognita sunt.
Rursus non auctoritatibus sacrarum scripturarum: sed potius
persuasionibus innituntur. Credimus rationes ipsas non
usque adeo militare aut satis sufficere: ut fateri oporteat
statui & culmini summi pontificatus generaliter tributum
esse: aut uniformiter inesse: ut tantum apicem ascendentes
digni aut non digni. sancti aut reprobi. pro eo solum quod
in pontificatus culmine sedent. uita longa: aut alias eis
a diuina prouidentia destinata frustrari debent. Ne autem
eos imitemur qui dum aliena refellunt: sua non comprobant.
altius rem ipsam repetentes. plurimis & nostro iudicio
ueridicis fundamentis deducemus. alienum esse a facti
ueritate cum ceteris uidelicet summis pontificibus. uniformiter
insitum & proprium esse: ut parum in pontificatu uiuant.
Idque nedum alienum a rei ueritate: sed nec recta fide fore
credendum arbitramur. quoniam in ea ipsa uiuendi conditio.
aut breui aut longeuam: ipsos summos pontifices a ceteris
hominibus non differre. Et si forte ut plurimum diutius eos
in pontificatu uiuere non cernamus: id non ex natura. aut
infelicitate status siue dignitatis apostolice: sed aliunde
ueluti in ceteris mortalibus contingere. Deducemus igitur
primo luce clarius alium de romanos pontifices. & ex aliis
potioribus & notioribus causis diutius non uiuere. In se/
quenti uero capitulo breui compendio rationes afferemus.
quare summo pontificatu non insit uniformiter: ut illum
assequenter parum uiuant. **P**rimo igitur putamus facti
presuppositum ueritate carere. quoniam si sumorum pontificum

annalia. si illoꝝ assumptionū tempora. si etates animo
 recensemus: utiq; repemus eosdem pontifices nō mō
 breuiore: sed lōgiori tpe cetens fidelibus uixisse. Quippe
 cum ut plurimum non nisi senes ac mature etatis uiri: sed
 & ualitudinari ad summū eligantur pōtiffitium. Quid
 mirum si parum in papatu sedeant: qui diu ante illum
 uixerūt? Nihilominus plurimos in senectute assūptos
 legimus diu sedisse. Linus enim duodecim ānis uixit in
 papatu. Cletus totidē. Leo quartus licet senex qndecim
 annis. Fabianus decem & octo. Paschalis & Damasus.
 Vigilus. Innocētius atq; Liberius totidem. Leo qrtus
 licet longeuus etate & ualitudinarius foret cū cathedrā
 ascendit: xx. tam ē annis presuit. Alexāder uigintiuno.
 Brūs uero Siluester. xxii. ānis sedit. Rursus Adrianus
 p̄mus. xxiiii. annis uno minus mēse presedit. Leo uero
 p̄mus uiginti qnq; feliciter p̄fuit ānis. sub quo duo yco/
 menica apd̄ calcedoniā fuerūt cōgregata cōcilia. Quid
 igitē sibi uult illoꝝ insulsa positio. qui cū etis in cathedra
 Petri sedentibus uitam adimunt: cum tamē unius hoīs
 ad omnes pportioe habita plus ceteris uiuere cōprobet.
 nisi uelimus eos solū qui Petri cathedrā tenent: lōgiore
 uita pre ceteris uiuere. Aut forte uelimus illos tunc na/
 turaliter nasci. tunc uiuere incipere: cū assumuntur. Aut
 forte cōqueramur exēpligratia Calixtū secundum post
 octogesiū assumptū annum premature raptum. quia
 quadriēnio fere tantū presedit. quibus illud Nicodemi
 in euangelio facete simul & uere dici potest. Quomodo
 enim homo potest renasci cū sit senex? Aut quō uiuere
 incipiet: is cui naturaliter uiuere desinēdum esset? Satis
 igitē ut putamus uiuunt sūmi pontifices: si recte uiuūt.
 longēue president: si diu se uiuere & p̄esse arbitrātur.
 Sed nisi fallimur. ideo nonnulli summi pontifices mori
 p̄mature arbitramur: q̄a citius q̄ uellēt. sed forte tardius

vide bonz m̄s

Leo p̄m

*Annū p̄m
 n̄ firmus*

quod debent moriuntur. Mira certe res est. Volunt summi pontifices preceptum a deo esse ut uiuant: sed nolunt quidam uiuere ut preceptum est. Recte igitur cum eis agit diuina prouidentia, qui in eorum uite cupiditatis penam tanto celerius rapiuntur: quanto ut prediximus uitam cupiunt atque custodiunt. quia ut inquit Gregorius male uiuunt: qui diu se uiuturos desiderant. Et Socrates dicebat. uiuere non meretur: cui nihil est in mente nisi ut uiuat. de quo tangemus infra in septimo capitulo. Si igitur recte. si uere atque catholice in ea re loquendum est: indubie fatendum erit breuitatem aut longitudinem uite pontificis. sicut & cuiusuis alterius ex illius persona aut propria natura perdere. non quidem ex statu: sed ex reatu. non ex pontificatu: sed ex actu. nec ex dignitate: sed uite qualitate. nec ex culminis excellentia: sed quietis animi indigentia. Et ut paucis agamus. tres arbitramur potissimas atque urgentissimas breuitatis uite quorundam pontificum causas. rationesque communes omnibus: non plus summorum pontificum quam infimorum hominum. Quarum prima est natura disconueniens. Secunda culpa puniens. Tertia curarum turba uitam minuens. **P**rima siquidem causa naturalis est disconuenientia. Cum enim summus pontifex uelut ceteri homines ex quatuor sit elementis compactus: natura in eis uim suam equo exercet uibrantem. nisi forte summi pontifices contendat a natura ipsa exemptos. idque ipsi summo opere optarent: ut corporis dolores & cruciatus uitarent. Constat autem longioris & breuioris uite causam naturalem fore. Nam Augustino teste & si in manu dei sit omnis uita & mors: ipse tamen nature plasmator sic cum cetera gubernat & regit: ut naturam motus suos naturales exercere sinat. Causa igitur naturalis longioris aut breuioris uite hominis. secundum quorundam philosophorum sententiam: spiritus siue aer est. eo quod illum uideamus instrumetum esse uirtutis operatiuum. & uite

de breuitate
magis libet.

inductiuū. quare scđm spūs pportionē: sic pportionatē
 & uita. quādo qđem paucus existit: tunc debilitate uitā
 abreuiat. sicut in melancolicis. quando uero multus eo
 casu exsufflando calorem exinguit: ueluti uentum ui/
 dem us extinguere lāpadem. Cum aut grossus erit: utiq;
 uirtutum uitalium operatōnes impedit. sicut & quando
 nimis exilis: tunc enī defacili spirat. quo fit ut mortem
 abreuiet & inducat. Aristotilis uero & aliorum philoso/
 phantiū scola indubitata cōclusio est. calidū & hūidum
 principia & causas fore lōgioris & breuioris uite hoīum.
 quāto. n. tēpore calidū in hūido n.ō consumpto. aut nō
 deprauato ualet subsistere. & quāto tempore humidum
 reduci pōt atq; a calido cōuertī: tanto tempore indubi/
 tanter uita cuiusuis mortalis durat. Que si qđem mēsurā
 circa tria potissime attēditur. uidelicet circa quātitatem.
 item qualitātē ipsius calidi & humidi. tertio scđm qua/
 litatem membroꝝ atq; uasorū in qbus operatur. pro ut
 latius in libro de morte & uita phūs tradit. Quādo igitē
 in hūano corpore adest illa discōueniētia. aut cōtingit
 caliditatis & siccitatis excessus ipso humido radicali. aut
 consumpto aut deprauato necesse est: ut uita hominis
 abreuietur. Contingit aut uariis ex causis excessus ipse.
 siue hūoris deprauatio scđm naturalium & medicorum
 traditiones. Id tamē facilius in principibus conspiciemus.
 qui putant se ita esse dominos stomachorū & uentrum
 suorum: sicut & oīm subditorū. quotidie si qđem p̄tiosis
 atq; splēdidis sapidisq; cibis uariisq; modis p̄patis: passim
 uescūtur. uinorumq; uarietate potantur. Et qa maiore
 quātitate sumitur. quod auidius & sapidius deuoratur:
 necesse est ex multorum diuersorūq; ciborum uanitate
 grauet stomachus. Quo fit ut edendo: edendi appetitus
 amittatur. generēturq; uentositates. inflationes in uētre.
 tremores in mēbris ac febres. et tandem prematura mors

Högtin

accidat. Hinc Anstotiles libro de secretis secretorum ad
Alexádrum. Nihil est inquit q̄ magis uitā prolonget:
q̄ cauere a superfluitate ciborum. Nec est quod magis
abbreviet: q̄ commestionem commestioni superaddere.
Ipocras enī adeo dietas seruabat: ut debilitatē corporis
ex industria sustineret. malēs debilis uiuere: q̄ robustus
& pinguis mori. Dicebat enim quia mallebat cōmedere
ut uiueret: q̄ uiuere ut cōmederet. Addens quia alimēta
hōibus natura dedit propter durabilitatem: nō durabi/
litate propter cibum. Hinc sapiens Salamon ait. equa
uita hominibus in sobrietate. et qui abstiens ē: aditiet &
uitam. Falso igitur culpa persone dignitati attribuitur.
in digne sūmi pontificatus dignitas: propter uentris in/
gluuiem diffamatur. Sed rectus est deus & rectū iudiciū
suum. p̄na certe tenet auctores suos. scriptū est. anima
id est uita que peccauerit: ipsa morietur. Et consonum
rationi est. ut qui peccat ī uitam propriā: in ea puniatē.
Ridiculum ergo uidetur asserere mortales & naturales
homines. determinatum quēdam statum. aut dignitatis
culmen assequentes: a legibus nature exemptos fore. Et
presertim summi dei uicarium hominem purū & uature
subditū. qui quāto deo proximior existit: tāto legibus
nature. ut legibus patroni sui astringitē. Natura. n. lex
dei ē: qua eius uicarius ligatur. **¶** **Secūdam & p̄ncipalē**
causam breuitatis uite summorum pontificum sicut &
ceteroz hōium culpam punientē diximus. Nihil enim
magis uitam hōim abbreviat q̄ peccatum. idq; plurimis
diuinis testimonijs comprobatē. quod in eisdem romanis
pontificibus facile rēperiri libet. Nam ad quemdam ex
summis & ueteribus sacerdotibus qui t̄pū pro eo tēpore
sūmorum pontificum gerebat: deū per prophetā dixisse
legimus. precepta mea cor tuū custodiant. longitudinē
enim dierū & annos uite & pacem apponēt nbi. Demū

obrietate.

bellissimū q̄
nōq̄ mori p̄z
ad iudiciū
p̄z iusticiā.

in expresso alibi sūmo pontifici lōga a deo uita pmissa
 est. Siqdem alius propheta summum sacerdotē designās.
 super aspidē inquit & basiliscū ambulabis: & cōculcabis
 leonem & draconem. Et statim subicit. Eripiam eum &
 glorificabo eum: ac lōgitudine dierum adimplebo eum.
 Nec ab re qdem. cum enim scriptū sit: quia opus iustitie
 uita est. merito sancti iustiq; pontifices: longa pfruuntē
 uita. Vnde alibi scribitē. si in lege mea ābulaueris: lōgos
 fatiam dies tuos. Et iterū. querite deū & uiuetis. In iusti
 uero & reprobī eue:stigio uita priuātur. quia ad omnes
 illa uox dicta est. uiri iniqui nō dimidiabunt dies suos.
 Et rursū. iniusti mox sicut honorificati fuerint & ex/
 altati deficiēt. Et alibi. uidi impiū exaltatū & eleuatū
 sicut cedrum. & transiui & ecce non erat. Que siquidem
 auctoritas proprie summum pontificem signat. cū dicit
 exaltatum sicut cedrum. que cunctas plantas eminētia
 & altitudine uincit. Talibus certe cominatur propheta
 dicens. fiant dies eius pauci. & episcopatum eius accipiat
 alter. Vnde Augustinus. pulcre inquit uita hoīs media
 est inter uitā peccantiū hoīm & innocentiū & angeloz.
 si uiuit homo scām carnem: peccatoribus comparatē. qui
 non dimidiabunt dies suos. qui uiuit scām spiritum: per
 diuturnam uitam angelis comparatē. Sed dicet quispiā.
 plerūq; reprobi & iusti diutius: boni uero ptius uiuūt.
 Quod & fateor. & antiqua querela ē a pphetis & sāctis
 uiris deo soli reseruata. quātū tamē ipsa diuina puidētia
 sanctis suis intelligere nosseq; permisit: illud utrisq; cō/
 uenit. illis ne amplius peccent. istis quia id sibi expedit.
 Non. n. eis mors ipsa pena ē: sed remediū. ut molestie &
 mūdi miserie que eos premūt. & alias uinci nō poterāt:
 uite sue breuitate uincātur scām Ambro. Vnde Seneca
 que uideēt intempestuā mors: iustis est cōpleta uita. qa
 miseriaꝝ finis est. Quare subdit. rudis satis uideēt tirānus.

cū potius a pena liberat: quē punire se credit. Rapiūtur
igitur boni pontifices: ut requiescāt a laboribus suis. &
ne malicia mutet intellectum illorum. Adde quia scđm
Grego. papam de se loquentem. quosdā magis delectat
pergere q̄ manere. magis citius preuēire q̄ morari: ne dū
oblectatur in uia: obliuiscatur quod desiderat ī patria.
Et iterum idem Grego. aliquando secreto iudicio agit:
ut electorū uita abbreviet: ne uia p̄ patria diligamus.
Vt igitur paucis agamus. tunc summi pontifices summi
erūt. tunc felices. tūc uere beati. tunc gloriam. tūc famā
dilatāt. tunc nomē perpetuant. tūc longos & incolumes
uidebūt dies: si ecclesie cui presunt promouēt honorē. si
fidē quā exaltare p̄fessi sūt: augere conant. si religionis
dilatant cultū. si mores emēdant. si superbos humiliant:
si exaltāt humiles. si sunt munifici ī egenos. in copiosos
frugaliore. si sapiētiam. si uirtutes. premio. si uicia equa
penarū lance cōpensant. si iustitia usq; qua; ambulat
ante eos. & īponunt ī uia prudētie cū ctos gressus suos. si
tirānidem uiriliter reprimant. si ad pacē orbis inuigilāt.
si ab omnibus extremis equo spatio discedūt. si cessat in
eis prodigalitas. abest omnis auaritia. quia illa ecclesiā
uastat. hec gloriā. mentiri ueritas non potest. scriptum
est. qui odit auaritiā: longi fient dies eius. **T**ertiam
causam breuitatis uite summorū pontificum. nō quidem
ipsum pōtificatum dixim: sed urgentiū atq; p̄mentū
turbā curarum. ac assiduā mentis agitacōem. q̄a scriptū
est. tristis spūs exsiccāt ossa. Et iterum. deprimat terrena
inhabitatio: sensum multa cogitantem. Hinc Augusti.
sup illo uerbo Iacobi q̄rto. uita nostra uapor ē admodū
patens ait. cure & assidue cogitationes corpus extenuāt.
& mentis fatigationes rerum inextricabilesq; questiones
humores hominū exsiccāt. frequentia hoīm morbidat.
tristitie consumunt. negotiorumq; sollicitudo coartat.

Hinc & Cassiodorus. nihil est quod uite hominis magis
officiat. & dies eius abbreviet: q̄ tristitia mentis. languor
animi. & rerū sollicitudo multarū. Nam sicut teste sapi/
ente letus animus floridam reddit faciem. & iocunditas
cordis uita est consummata hominis: ita anxius & curis
fatigatus animus: corpus macerat & uires minuit. hūidū
consumit. caliditatem auget cum siccitate. Ex qua re
appetitus perditur. & tandē mors accelerat. ut pauloāte
in prima naturali causa deduximus. Has igit̄ putamus
causas uerissimas. has rationes. hec fūdamēta breuitatis
uite summoꝝ pontificum. nō q̄dem ipsius culminis statū
& eminentiā que sancta est & in nullo peccauit: sed qui
ea abutitur.

Capitulū sextū. in quo assignant̄ cause & rationes:
quare illorum opinio nō sit tenēda. qui putarunt
summis pontificibus bonis & reprobis uniformiter
institū & propriū esse: ut in pōtificatu parū uiuāt.

Ceterum ut huic articulo finē demus. ne de illoꝝ
simus numero: q̄ ab aliis mature tradita leuiter
refellunt. nec causas reddunt: breui rationes & motiua
adducemus. quibus apertissime probat̄ opinionē illam
non esse ferendā: nec recta fide tenēdam. uidelicet sūm̄s
pōtificibus uniformiter institū esse: ut parū in pōtificatu
uiuāt. Primo igit̄ id ipsum probant ea que supra teti/
gimus. Secūdo q̄dem quia facti ueritas longe aliter rem
demonstrat. Tertio ea uite breuitas. quatenus nostram
tenet notitiā: in nulla alia totius orbis monarchia. im/
perio aut principatu ecclesiastico aut mundano repent̄.
Quinimo si ueteris legis summos pontifices. reges siue
monarchas recolere libet: nō eos tali lege: taliq; censura
cōstrictos repenemus. ueluti de Melchisedech Moyse &
Aaron Heli & Eliazaro. & plurimis qui lōgo admodū

tempore in summo sacerdotio iuxerunt. ut in p̄cedente
capitulo tactum est. Quarto quia nisi fallimur. qui uite
breuis necessitatem sūmis pontificibus imponunt: deum
arguūt acceptorem personarum. Nam cum oīum hoīm
ut scriptum est uita est in uoluntate dei. in quo omnes
uiuimus. mouemur & sumus. & ita indicat magnū sicut
paruum. quia scriptū est pusillum & magnū ipse fecit. &
equaliter cura est deo de omnibus. quinimo de hoīs uita
loquens propheta ait. non accipit personā principis. Et
iterum. nō subtrahit personam cuius q̄ dominus: qui est
oīm domīator. Subtraheret itaq; personā si premature
uite eius presidentem citius q̄ alios uita priuaret. atq; a
terra subtraheret. Quinto nō ē uerisimile: sed a ueritate
alienum. deum cuius curā est de ecclesia sua: de qua per
prophetam dixerat. quid potui facere uinee mee & non
feci? uelle. quouis modo parare occasio nem scismatibus
& periculis. atq; eā dissidus & diuisionibus patenter ex/
ponere. qđ esset: si lege eterna & uniformiter ordinasset
uicarios eius in terris pre ceteris hoīb. parū uiuituros.
Ex crebris enim huius sedis uacatōibus scismata: pleraq;
pericula ecclesie imminere. & sepe accidere perspicuū est.
Absit enī a diuina bonitate. ut hoc fastigiū apostolice
sedis ab eo pro cōmuni ecclesie utilitate. eiusq; unitate
institutum: in eius dissidium. periculum & detrimentum
tēuerteret. & ex eo statu necessario scismata pueniunt.
in quo sedentes necessario breui uiuendum est. Nam ut
ait Hieronimus ī remedium scismatis actū est: ut unus
omnibus presit. Et ob eā rem. sanctoꝝ uiroꝝ traditōes
& sacri canones. uacationes huius sedis & obitus sūmorū
pontificū plurimū formidarunt. Sexto absit qđ ecclesia
dei in traditionibus & consuetudinibus suis quouis modo
erret: que spiritu sancto regitur. Ipsa tamen per totū
mūdum diffusa: sine intermissioe p̄ uita & incolumitate

videtur ut est
in p̄cedente.

scismata.

romani pontificis ad deum assidue orat. Nam ut pulcre
 canon sancti Bonifati martiris .pro romani pontificis
 uita atq; ppetuo statu. uniuersitas fidelium tato instatius
 orat: quanto sua salutem post deum ex illis incolumitate
 et aduertit propensius pendere. Hec sunt uerba canonis.
 Ecce formalia uerba. que omnem dubitationem tollunt.
 Erraret utiq; ecclesia & improuide ageret. atq; deo con/
 tradiceret orando :pro illius longa uita & incolumitate
 qui ex diuina dispositioe que eum uoluit & presciuit parum
 uiuere. & sic necessario breui morturus est. Septimo ex
 ea breui & certa necessitate moriendi: aufertur summo
 pontifici magna utilitas. sed & grãde meritum. quod ex
 incertitudine temporis mortis cunctis fidelibus prouenit. Nam
 ut inquit Grego. super illo uerbo. qua hora non putatis
 & cetera. tempus mortis ideo dominus nobis uoluit esse
 ignotum: ut semper possit esse suspectum. & dum illud tempus
 preuidere non possumus: ad mortem sine intermissione
 preparemur. Si ergo papa parum se uiuere sciret: per con/
 sequens mortem preuidere posset. quo fieret ut frustraretur
 tanto bono uidelicet timore mortis. quia secundum Grego.
 tanto plus mors timetur: quanto minus preuiden potest.
 Preterea cum papa sit in statu omnium perfectissimo:
 indignum est: ut propter eandem perfectionem alio proximo bono
 priuetur. uidelicet grandi merito quod ex longa uita iustis
 prouenit. Quanto enim iustis uiris magis prolongatur
 uita corporalis: tanto felicitior redditur in effectu premii
 salutaris. Nam Augustino teste hec uallis miserie: fit eis
 uallis ubertatis bonorum & spiritualium. Fit etiam campus
 certaminis & pugne uictoriose. Est. n. uita nostra secundum
 Bernardum locus lucratiuus. Ea de re Paulus longam uitam
 optauit simul & procurauit: cum submissus in sporta per
 murum persecutoris insidias declinauit. Denique christus
 dulcissime matri sue post eius passionem longam uitam :

*¶ In die ep9 n
 uoluerit*

*de Johanne
Christo.*

promisit pariter & donauit. Sed & Iohanni euāgeliste, quem christus plurimum diligebat. & ad apostolatū uocauit: non tamen sine suo & plurimorū profectu ad centesimū usq; annum uno minus uitam prolongauit. Quod ergo christus dilectis suis promisit. donauit atq; laudauit: idip̄m uicario suo negare nō debet. pro illius āpliori merito & ecclesie sue utilitate. Octauo hec pōtificis mors quā prematurā dicunt. aut est in illius penā. aut í premiū. aut est proprium cathedre. Non quippe in penam. quia nullus sine culpa punitur. Scriptum est enim. absit a te domine: ut perdas iustū cū impio. Iustus ergo & rectus pontifex. si parū in pontificatu uiueret: puniretur sine culpa. quod ē inconueniens. Sed & alia ratione hec breuitas uite: nec í penam. nec in premium esse potest. Quia ex eo q̄ necessario futurū est. quia qđ quis uitare non ualet: non consequitur nec penam nec premium scđm Augustinū. Si uero sedi annexū est: tūc sequatur absurdum necesse est. ut uidelicet aliūde q̄ ex uoluntate ppria quis mereat aut demereat: consequatur penā aut premium. Adde quia christus romanā ecclesiā instituit duraturam usq; í finem seculi. Indignum ita q; uidetur: ut in sede perpetua sedens breuius uiueret: q̄ in ceteris prophanis & tēporalibus cathedris sedentes. imo congruū esset: ut longioris essent uite. & qđ eis a natura prouēit: deus cuius est uicarius nō auferat. Inconueniens enim uidetur: ut presidens í sanctissima cathedra diminutionem uite suscipiat a cathedra. quam bene uiuendo honorat. & in ea uiuens fidelibus proficit. Sed neq; est largitati diuine consentaneū: ut abbreviata sit manus eius í uicario & ministro suo. De quo ut supra tetigimus per prophetam promissum est. quia si in preceptis suis ambularet: eriperet eū & glorificaret eū. & longitudine dierum impleret illum. Confirmantur predicta. quia si

pontificatus esset propriū parū uiuere: papa dei uicarius & minister eēt peioris & durioris cōditiōis q̄ ceteri hoīes. & hoc ī duobus. Primo cū ceteris imo omnibus hoībus a deo dictū sit. ecce dedi ante faciem tuā uitam & mortē. bonum & malum. si uniformiter breuis eēt mors pape: auferetur ei illud beneficium & istud bonum. ut sit ante faciē eius uita & mors. Secundū cū deus ī dicta auctoritate appellet uitam bonū. & mortem malum: tunc ea sola ratōe quia eius est uicarius & minister: reciperet ab eo odia & mala. cum potius bona sumere deberet. quia scriptū est. qui ei ministrat: uita uiuet. Et iterū. ministros eius nō derelinquet. Absit enim ut deus reddat pro bono malum.

Capitulū septimū. in quo respōdet motiuis illorū: qui dixerūt papam parū uiuere in papatu. & quo sensu sit intelligēda predicta opinio. & quomodo cum ueritate possit saluari.

Postremo ut de statu romāi pōtificis nos absoluiamus. q̄q̄ ex supradictis luculenter responsū sit rationibus & motiuis in principio adductis. q̄bus aliqui sapientes & contemplatiui persuadere potius q̄ probare uisi sunt. romanis pontificibus uniformiter datū esse: ut parum in papatu uiuant: nihilominus particularius satisfaciamus p̄dictis ratōnibus. Deinde ut morē predictis sapientibus geramus. qui positionē huiusmōi affirmarūt: deducemus breuissime quo intellectu. quo sensu. eadem positio intelligēda sit uidelicet. romanos pontifices non diu ī papatu uiuere. Primo igit̄ dicimus rōes. psuasiones & motiua p̄dictorū scribētū ad unū tantū fūdamētū referri. Aut enim utile esse fidelibus ro. pontificū breuē uitam. pro eo maxime quia illius breuis periodus ceteris fidelibus terror est. ut sese ad mortem parēt. agantq; de

commissis penitentiam. Rursus ut dignitatum culmina
facilius contempnāt: que omnia unico uerbo soluuntur.
Dicimus enim q̄ hac utilitate ex tali uensimili timore
prouenienn nō eget ecclesia. presertim cū illius expresso
dispendio & unitatis incōmodo. ac capitis nōstri crebra
periculosaq; subtractiōe. longe siquidem magis terroris
atq; timoris mortalibus ex multorum: q̄ unius interitu
incutitur. Plusq; meroni & plurimoꝝ florentiū iuuenū
prematura morte concipimus: q̄ ex senis unius naturali
morte: maximis cuns & solitudinibus cōstipati. Ad cō/
temptū uero dignitatū: alia nobis sūt tradita efficaciora
documēta. Adde q̄a illarū natura. ponit q̄ possidentium
mors ad eoꝝ contemptū inducere uidet̄. Cuius illa teste
Boetio contempnēdi sūma ratio est. quia recte spernēda
ē dignitas: quā maligni plerūq; assequūtur. & q̄ plurima
pericula cōmittant̄. Cetere uero rōes. persuasiōes uerius
sunt que cōtranis & pononibus p̄suasionibus tollunt̄.
Accedamus ad secūdū quod polliciti sumus. uidelicet di/
cutere & declarare. quo sensu intelligenda sit predicta
cōclusio: eoꝝ q̄ dixerūt. romāos pontifices uniformiter
parum uiuere ī papatu. Dicimus igitur q̄ multipliciter
predicta positio ad uerū sensū reduci posset. pro quorū
intelligentia inferimus breuissimas duas conclusiones.
Prima est. q̄ romanus pontifex recte & pie presidens.
licet paucis annis post papatum in mūdo fuerit: longo
tamē tempore uiuit. cuius ratio ē. quia totū tempus sui
pōtificatus sibi lucratus ē. fuitq; sibi idem tempus uiuū.
Secūda conclusio est. q̄ si romanus pontifex non recte
nec pie in papatu uixerit: licet centum annis in eodem
pontificatu fuerit: tamē non diu imo breuissimo tēpore
cēsendus est presidere. Cuius ratio est. quia residuū imo
totum tempus sui pōtificatus mortuum est. Vixit ergo
mūdo lōgo tpe: sed deo. sed fidelibus. sed sibi breuissimo

Idem uisus
in uisendo. et
uisus nō uis
Idem uisendo.

respectu fructuose presidentie. Est ergo intelligēda po-
 sitio predictoꝝ scribentū scđm hāc ultimā cōclusionē.
 uidelicet quia uerissimū est. q̄ ro. pontifex non pie nec
 recte: sed inutiliter presidēs. quāto cū q; tēpore ī papatu
 fuerit: parū tamē in effectu uiuit. Nam primo sibi mo-
 dicum uixit: cū totā pene uitā inutilibus occupatōibus
 perdidit. parū etiā deo uixit: quo ad spūalem fructum.
 Probādus igitur ac roborādus est huiusmodi articulus.
 Primo igitē dicimus. q̄ ro. pontifex licet longissimo tpe
 in papatu presuerit: si tamen plurimis occupationibus
 inutilibus. & curis & sollicitudinibus terrenis tentus sit:
 parū uiuere dicēdus sit. Pro cuius declaratōe presuppo-
 nimus. quia scđm nostrū Senecā nō accepimus breuem
 uitā: sed fecimus. nec inopes eius sumus: sed pdigi. Nam
 ueluti ample & regie opes si ad malū dominū uenerūt:
 in momēto dissipantē. Si uero licet pauca bono custodi
 tradite sunt: usu crescūt. Ita etas nostra bene disponenti
 longa est. imo si ea uti simus: lōgissima est. si uero nesci-
 mus: breuem uitam fecimus. Papa igitur si inutiliter &
 reprehēbiliter in papatu uiuit: parum uiuit. Nam ut
 ait iuriste. nihil & iutile equipantē. & p̄sidere nō dicit:
 qui iutiliter presidet. Ait. n. scriptura. quia conquerebat
 sanctus Iob. quare impū diu uiuūt? Sed statim subicit.
 Verūtamē nō sūt in manu eius bona illius. & numerus
 dierū illius dimidiatē. quasi dixerit. non repugnat q̄ diu
 uiuant & modicū uiuant. Nam nō diu uiuunt: qui diu
 in sua impietate uiuūt. quia scriptū est. abhōiatio ē deo
 uita impū. Itaq; quo ad deū & effectualiter p̄uo tēpore
 uiuit. Et hoc est quod sub paucis: sed elegātibus uerbis
 refert sapiens Salamon. ait enī si qd impioꝝ longe uite
 fuerit: in nihilū computabit. Ex quo patet. q̄ uita eius
 licet lōga: breuissima reputat. Quod idem sapiens iterū
 cōfirmat. Ait enī etas senectutis uita imaculata. q̄ uita

. Senec.

longa que per senectutem designatur: proprie est uita
immaculata. Ex quo sequitur, q̄ non uiuere aut parū
uiuere censet: qui inuuliter, aut maculate uiuit. Ceterū
parum uiuit papa, qui terrenis occupatiōibus transigit.
Si enim papa ad memoriam reducit, quantum uite sibi
auferūt lites inutiles, causarū strepitus, q̄tū illa officiosa
oīum rerū que in orbe sunt notitia, quantū morbi quos
manu sibi facit: uidebit q̄ paucaissimos ānos sibi habuit,
& parū ac breuiter usus seipso fuit. Quomō enim longo
tempore uiuit: qui nō sapientie, nō laudatis studiis, nō
paci, non quieti xp̄iani populi uacat? Cum scriptum sit,
eruditio & sapientia uerā uitam tribuit. Non ergo diu
uiuit: cui districtus animus est, qui nihil speculatiuum:
nihil itellectuale recipit, sed quidquid admittit: acti uū
& terrenum est, oīa uelud inculcata conspiciat, quinimo
ut qdam sapiens ait, uiro occupatissimo nihil minus est q̄
uiuere. Si uero papa nihil ex suo tēpore inutiliter labi
permittit, sibiq; uacat: eius uita lōgissima ē: licet paucis
sit annis cōputata. Itaq; ut putamus, hic ē sensus illius
elegātissime Salamonis sententie, senectus inq̄t uenera/
bilis ē: nō diuturna nec numero annoꝝ cōputata. Ecce
inq̄t senectus uenerabilis est, nō diuturna diu uiuendo:
sed sibi uacādo, nō diuturna plurimis ānis: sed actōibus
sanis, nec numero annoꝝ computata: sed uirtute & otio
adornata. Itaq; longissimo tēpore uiuit: q̄ breui tēpore
tamē sibi uacans uiuit, quia quantumcunq; uiuit: id sibi
totū tribuit. Romāo uero pontifici qui populoꝝ curis
angitur: necesse est tempus deficere, quia illius uitā po/
pulus tulit & eripit, quo fit ut parū ille uiuere censēdus
sit: qui nullū aut modicū tempus in suos usus conuertit.
Et hoc est qđ idem Seneca dicit, quia decipit qui ppter
canos & rugas in fronte putat diu uixisse. Non enī na/
uigasse putandū est: quē seua tēpesta a portu buc atq;

illuc tulit. totumq; orbem egit. de quo dicere uerum est.
 quia ille non multum fuit peregrinatus: sed plurimum
 iactatus. Itaq; cū romano pontifici non desūt ut dictū
 est. infelices & misere solitudinis cause: adeo ut per tot
 occupationes non solū uita non geratur: sed optatur ad
 negociādū. mento tam inutilibus occupatōibus pressus:
 breuissimo tēpore uiuit. quia qui omne tēpus perdidit:
 paruissimo tempore uiuit. ¶ Adde q̄a omne tempus aut
 fuit aut est. aut futurū est. papa enim si pie non regit. si
 terrenis occupatōibus deditus. nec spūalibus intentus sit:
 nō uacat respicere preterita. & si uacat: molesta est re/
 cordatio. quomō enim iocunde recordabit: si ambitiose
 concupiuit. si superbe prefuit. si arroganter ceteros con/
 tempserit. si auare congregat. prodige effudit: necesse est
 harum rerum memoriam teneat. Nam omnis etas. aut
 preteritorū obliuiscitur: aut illoꝝ cū molestia recordat.
 Constat tamē q̄a preteritū certior ē pars nostri tēporis.
 presens uero tēpus perbreue est. ante desinit q̄ incipiat.
 solū tamē hoc tempus papa habet. quod tam breue est:
 ut teneri non possit. futurū uero dubium est. Quo fit ut
 romano pōtifici omne tēpus perbreue sit. Nam presens
 tēpus propter sui breuitatē: aut non sentit aut negligit.
 futura timet. preterita crutiāt. sic omne tēpus breue est.
 Rursus alio sensu papa non diu uiuit. quia parū uiuit:
 qui assiduo timore mortis astringit. Facit enī ip̄e timor
 ro. pontificē uitā perdere. quod est nō uiuere. q̄a iuxta
 Catonē. qui metuit mortem quod uiuit perdit idipsum.
 Non sic apostolus Paulus timebat mortē: sed plerunq;
 optabat. Ille. n. quia pie & iuste prefuit: quia nihil sibi
 conscius erat: intrepide dicebat. cupio dissolui: & esse cū
 christo. mon non timebat mūdo: q̄ optabat xp̄o uiuere.
 sed & alibi uitā penam putabat. & mori lucrū. Ad hunc
 sensum dicebat sapiens. quia iustus cito perit. impius aut

f. An fuit t

multo uiuit tempore í malitia sua. Iustus inquam cito
moritur. quia q̄q̄ paucis diebus in seculo manserit: multo
premioꝝ cumulo floruit. Itaq; quo ad numerú dierum:
breuis eius fuit uita. sed quo ad fructú & merítú lógiſsi/
ma. Nam ut inq̄t Ciprianus iustus magis letat̄ q̄ breuē
sed boná uitam egerit: q̄ q̄ longam nō uident. Impius
uero longo tpe uiuit í malitia sua. q̄ licet multis annis
in seculo uitam egerit: paruú. tamen fructú peregit. qua
de re in effectu breuissimo tēpore uiuere iudicandus ē.
Vel alio modo. Impius lógo tempore uiuit. quia cum
cogitationes suas in longum ordinat. diesq; sibi multos
promittit. meditátōe & desiderio suo lógo tēpore uiuit.
Vel alio modo. Impius lógo uiuit tempore. id est toto
uite sue tempore uiuit in malitia sua. Totú enim tēpus
uite alicuius licet breue sit: multú dicit̄ sibi ueluti alias
dicitur. q̄ multú dat qui totú dat. Nec enī intelligenda
uerba sunt ut sonant. q̄ impius longo annoꝝ tempore
uiuat. ne cōtradicat p̄phete sententie qui ait. uiri impii
nō dimidiabūt dies suos. Deniq; alio sensu papa nō diu
uiuít. quia qui diu uiuere cupit: diu uiuere nō uidetur.
Vnde Crisostomus. maximum uite impedimentum est
uiuendi cupiditas. Et Ciprianus. illius est in mundo re/
manere uelle: quē mūdus oblectat. Et ut supra diximus
cū Grego. male uiuunt qui diu se uiuíturos desiderant.
Desideranti enim diu uiuere: omnis etas breuis uidetur.
quippe qui nullá mortis diē uidere uellet. Non sic uitá
concupiuit rex & p̄pheta Dauid. quia enim pie & iuste
prefuit: non desiderabat diu uiuere. quinimo dolebat q̄
incolatus suus perlongatus esset. Cum ergo ro. pontifex
pie regit: semper in eius meditátōne mortem prestolat̄.
illamq; exoptat. quare recte parum uiuit: quia parum
uitam extimat. Non sic de impio de quo ait sapiens. o
mors q̄ amara est mēmōria tua homini iniusto habenti

pacem cum substantia sua. Et ut paucis agamus. sancti prophete & qui pie populis presuerunt: clamabant desiderantes liberari de carcere mortis huius. & tanquam inuicti detinerentur uoluntarie moriebantur. Quo fiebat. ut iuxta eorum desiderium parum uiuerent in seculo. Romani uero pontifices econtrario mori timentes. clamant desiderantes uiuere: quanquam plurimis annis uiuant: cum tamen preter eorum mentem moriuntur. non tanquam exeat de uita: sed tanquam extrahantur. clamant parum uiuuisse: quia nunquam mori uellent. Fatemur tamen quia si papa ad fructum spirituale. & ad lucrum aiarum ac fidei incrementa occupationes recipit: longissime uiuit. licet breuissimis diebus presuerit. Idque aget si iuxta quendam sapientem totius orbis rationes administrat. tam parce quam alienas. tam diligenter quam suas. tam religiose quam publicas. Longe diffusius quam putauimus egimus de romano pontificis statu. illiusque sublimitate & excellentia. necnon de eius infelicitate per seipsum & aduersis dulcibus & amaris. Superest ut transeamus ad statum sequentem perfectum & excellentem. uidelicet dominorum cardinalium. deinde ad omnes alios gradus & ordines ecclesiastici & spiritualis status.

Capitulum octauum de excellentia & prerogatiua status & dignitatis cardinalatus. & de laudibus & precognitionibus eius.

Cardinalatus siquidem dignitas & excellentia: post summum pontificatum ultra omnes ecclesie dignitates supereminet. ac culmen gloriae & potentiam obtinet. quippe qui eodem summi pontificis splendore coruscat. Quis enim radios splendidissimi solis: ab eius lucis claritate a glorie & laudis immensitate diuellere conabitur? Aut quis membra a corpore: ramos ab arbore separabit? Nisi forte quis dicat: quia plurimum inter hos & illos interest.

Trúcata siq̄dem altissima cedro: rami arescúe. eclipsato
sole: radii densant̄. mortificato corpore: membra motu
frustrantur. Sed í cardinalibus mistici corporis ecclesie
eclipseato morte pontifice: illorum offitiú non decrescit:
sed dignitas uirescit. nō confundit̄: sed magis diffundit̄.
quinimo in seip̄is tota pene ecclesie auctoritas refúdit̄.
Dum tamē agit in humanis illius. & illoꝝ tanq̄ capitis.
& membrorum una est laus. quorum una ē uirtus. una
excellencie gloria. eadem inseparabilis unitas. Tanta
est enim inter romanú pontificē & cardinales cōmunio.
tanta unio: ut omnis summi pontificatus excellentia. &
culminis eminētia illorum esse uideatur: ut unú corpus
reputent̄. Nec modo unio inter eos unitissima cōsistit:
quinimo ut ita dixerim eadem idēptitas. adeo ut qđ
uel fauere uel odio illam sedem concernit: & cetum car/
dinalium ueluti partes corporis sui tãgere censendú sit.
Hinc sapiētes uoluerūt ex ea ipsa idēptitate. cardiales
summo presuli fidelitatem aut obedientiam iurare uel
prestare nō oportere. ueluti nec a seipso quis fidelitatē
requirit. cū inter petentē & dantē debeat eē distinctio.
Ea igit̄ de re romanus pontifex in numero cardinaliú
se connumerat: sicut imperatorem legimus in senatorú
numero cōputari. Hi sūt preclara ecclesie luminaria. &
candelabra splēdore lucis & decore excellentie radiātia.
de quibus scriptú est: quia luminaria cardinú dederunt
lucem. Hi sunt de quibus Zacharias propheta ait. quia
tanq̄ filii splendoris assistūt dominatori uniuerse terre.
Hi sunt bases & colonne ecclesie sacrosancte. ut pote
qui suoꝝ uirtutibus meritorum: uicarij Ihesu xpi latera
tenent. & illius amplissimi hostij sūt firmissimi cardines:
quibus totus uoluitur orbis. Hi sunt sacerdotes leuitici
generis. q̄ excellentiore iure: q̄ leuitico. id ē diuina aucto/
ritate in executōne pontificalis offitij romani presulis.

& apostolici throni coadiutores existunt. Hi sunt qui
 ut nubes uolant per altitudinem status & eminentiam
 dignitatis. et quasi columbe per puritatem ad fenestras
 suas. id est ad sensuum corporalium cohercionem. Hi sunt
 magni consilii summi pontificis: quorum sapientia
 mundus regit. qui ex obscuris aperta fatiunt. ex paruis
 magna. ex partibus tota. qui in priuato publicum agunt
 negotium. & plus uacando utilitatis afferunt: quam alii actiones
 exercendo. ueluti nauem gubernantes. licet quieti sedeant
 in puppi: tamen multo maiora & meliora agunt ceteris
 nauigantibus. & cuncta corporis membra mouentibus.
 Hi ex toto orbe terrarum: pauci ex multis: singulares
 ex omnibus assumunt. atque a uulgaribus officis educti:
 ad ipsius orbis regimen euehunt. et in maris corpore
 exercent mentis uires. eo sapientie & prudentie magis apti
 negotiis: quo in exercitiis corporis minus possint. Hos
 gentilitas presignabat: quos prothoflamine appellabat.
 Nam istorum typum gerentes: magno honoris cumulo
 fugebant. Et nedum actu: sed habitu & ornatu a ceteris
 reipublice ducibus differebant. quippe qui eorum nomina
 aureis merito literis scripta erant: apud quos erat auctoritas
 omnium gerendorum. Hi sunt principes nominati in orbe.
 principes leuitarum offerentes sacrificia. Hi sunt principes
 qui congregati sunt: cum deo Abraam dei uicario patre
 multarum gentium. Hi sub nostro christo optimo imperatore
 principes sunt constituti super omnem terram. non utique
 in hac uel illa ciuitate siue prouincia: sed super omnem
 terram. Que res agit. ut non de episcopis principatus ipse
 intelligi debeat: qui determinatas habent prouincias. Si
 igitur unius urbis rectores in summa gloria habentur: quanto
 erit gloriosius totius orbis principes fieri. Hi ad statum
 perfectum assumpti christi uicario assistunt. in quo assistentie
 genere: apostolorum typum representant. atque assistendo

sanctitatem participant. quia scriptum est. quos elegit
appropinquabunt ei. & sanctificat in his q sibi assistunt.
Et ueluti in celesti gerarchia cherubin atq seraphin .
ceteraq; celestium spirituum agmina. singulari quadam
assistentie prerogatiua ceteris angelis missis excellētiore
sūt. Nec aliter í ecclesiastica gerarchia cardinales statū
assistentium tenētes. ceteris episcopis & ecclesie prelati.
qui missorum statum gerunt: dignitate & gradu merito
precedunt. Congruū enim atq; dignū uidetur. ut ueluti
romana ecclesia p̄ior digniorq; omnium existit tanq̄
domina & magistra: sic illius ministri singulari quadam
honoris prerogatiua. & dignitatis excellētiua ceteris pre/
fulgeāt. Hi recte a cardine nomen ducunt. quia ueluti
in materiali hostio templi duplex esse cardinū genus.
superius uidelicet & inferius: sic í uiuis cardinibus duplex
consistit misteriu superius & inferius. spūalium uidelicet
& temporalium sedula administratio. Vtrunq; igitur in
his cardinibus uoluitur: quia utrunq; ecclesie expedire
agnoscit. diuerso tamen calle. Alterum qdem ut instru/
mentum admittit. alterū ut fructus quentur. Deseruit
ancilla domine. & illā sequit & obsequitur. Per eosdem
certe hostii cardines: domina intrat & serua. sed finito
ancille misterio: aut forte ut altera Agar superbiente
eicitur ancilla foras. & recumbit domina cū spōso. serua
nō expellitur dum ministrat: sed sustinetur. quia seruat:
ideo seruatur. quia decorat statū domie. de qua scriptū
est. cū ancillis gloniosior apparebo. Absit tamē ut filius
ancille sit heres cū filio libere domie. Diuersus ē utrisq;
finis. modesta temporalium occupatō. dū extenora sine
culpa sollicitat: durabiliora ornatioreq; spūalia facit.
Sacra enim cū auro splendent. sordescunt sine gemmis.
Nec tamē ea temporalium cura: excellentiā aut status
p̄fectionē in cardinalibus minuit. dū non sit affectāda

pro libito: sed utilis. sed officiosa pro misterio. quinimo
 plerūq; perfectionem auget: dum per eadem tēporalia
 proximorū saluti pro uidetur. Paulus siquidem aliquādo
 ad tempus contemplatione caruit. ut per extrinsecas
 actiones plurimorū prodesset utilitatibus. Hi sunt a li
 seraphin: qui ardentes interpretantur siue sustententes.
 quia eorū assiduo obtutu & familiari conseruatōne fre/
 quentibus obsequiis sponsi ecclesie ardētissime intendūt.
 & super eorum humeros non modo romane urbis: sed
 orbis uniuersitas & totius eius machine pōdus insidet. de
 quibus scriptum est: quia domini sunt cardines & posuit
 super eos orbem. Hi sunt uigiles. Hi custodes pro oīum
 salute. quia dormientibus nobis: ipsi peruigilant. quasi
 rōem pro nobis reddituri. Dū. n. dormire eos putamus:
 uigilant aīmo. hostiū insidias: infideliū machinamēta:
 & persequentium ecclesiam fraudes explorant sagaciter.
 Hi anticipant consilia malignantium. deprehendunt
 laqueos. elidunt tendiculas. reiciacula dissipant. iniqua
 impiorū consilia frustrantur. Hi tandē omnia tolerant.
 orantes pro populo & sancta ciuitate. Verū qa ecclesia
 ciuitas ē propter collectionē. sponsa ppter dilectōnem.
 grex propter pascua. Cardines ecclesie recte custodie &
 concordie inuigilant: quia ciuitas est. inuigilāt pastui:
 quia grex est. inuigilant ornatur: quia sponsa est. De
 quibus ppheta ait. super muros tuos constitui custodes.
 Et iterum. cardines ostiorum domus domini interioris
 sancti sanctorum: & ostiorum domus templi ex auro
 erant purissimo. Ex his igitur apertissime noscitur huius
 spūalis status eminentia. sublimitas & excellentia. illiusq;
 necessitas & summa utilitas. Colligitur deniq; quāta sit
 huius status felicitas & commoditas. Superest tādē: ut
 illius calamitates & miseriae: infelicitates atq; pericula
 breuissime audiamus.

Capit. nonum de plurimis anxietatibus & aculeis
laboribus & periculis status & dignitatis cardina/
latul. & de oneribus que incumbunt huic dignitati.

Felix certe & totius prosperitatis honoratior atque
beatior esset cardinea dignitas: nisi plures longe
miserie atque calamitates illam premerent: quam felicitatis
& dulcedinis cumulus demulceret. Quo fit, ut qui rectus,
qui iustus, qui equus huius rei censor extiterit: utique repe/
riet statum illum multis calamitatibus & amaritudinibus
respersum esse, ut de eis ipsis in hoc status culmine seden/
tibus Augustinus dicere uideat: quia summis felicitatibus
deus amaritudines immiscet, ut alia queratur felicitas:
cuius dulcedo non est fallax. Fallax certe istius status
sublimitas est, fallax gloria, si se falli permiserit: nisi illius
dultia ut amara consideret. Illa enim si mente reuoluerit:
experietur utique quia potius grauat quam subleuet, plus premit
quam premiet. Cuius est proprium teste Chrysostomo, ut sic suis
applaudat: ut noceat, sic in uia fortunatos demulceat:
ut in fine perniciem operetur, ab initio siquidem propinat
dultia, ut cum inebriati fuerint: letale uirus commisceat.
In primis itaque fatemur hunc statum cardineum sublimem
fore atque gloriosum: si bene in eo uoluitur orbis. Si ita
ecclesie status uoluitur: ut non potius inuoluatur. Si in
eo iusticie rectitudo immobiliter uoluitur, & constanter
uertitur: ut cum expedit uolubiliter permaneat. Unde
Hieronymus, qui eodem decore fulgebat: de se & illis dicere
uidetur. Grandis est inquit dignitas, grande officium:
si que illo digna sunt perficimus. Et rursus, letamur de
ascensu: sed non timeamus lapsum. Et subdit, non enim
tanti est gaudium excelsa tenuisse: quam meroris dignitatis
onera non impleuisse. Itaque ut putamus qui in hoc statu
letabundi sedent: letari desinent: si illius sarcinas, si onera

namq; fuit m. d. d.

si misenas recta mente pensauerint. idq; si quadã supina
aut affectata ignorantia ignorare uoluerint: in ea tẽ/
pestate eos penditari necesse ẽ. ut. n. inqt August. Eger
eo mortipproquior ẽ: quo a proprii morbi cognitiõẽ ẽ
remotior. Agnoscat ergo q; hoc cùlmen tenet dignitatis
naturam. que plerũq; possessorum animos per abrupta
elationis rapit. Et qa eo quisq; extollitur quo se supra
alios uidet: in supbiã & abusionẽ erigit. nõ curat pdesse.
sed gloriatur pdesse. presumit se meliorẽ: quia se cernit
superiorem. priores dedignatur amicos. notos ignorat.
contempnit antiquos. uultum auertit. ceruicem erigit.
grandia loquitur: tum exigua operetur. sublimia me/
ditatur. subesse non patitur: qui pdesse molit. Tinam
ex consideratione ueri domini decresceret timor sue do/
minationis. ut dicere possit: nec abulau in magnis. nec
in mirabilibus sup me. Rursus gloriari desinet: si podus
seruitutis. si molem solitudinũ. si turba curarũ & anxii/
etatum ad mentem adduxerint. De quibus ait Iob. ecce
gigantes gemunt sub aquis. Vbi Gregorius: quãto quis
altior erigitur: tanto curis grauioribus oneratur. Et se/
quitur. homo in sublime positus. tantos supra se sustinet:
quãtos dignitate precellit. Ideo gigantes in ecclesia po/
tentes: uidelicet. cardines recte gemunt sub aquis. id ẽ sub
populis. Et quia scriptum est. aque multe populi multi.
sub quibus contremiscunt. quia. illorũ assidua cura gra/
uantur. & illorum peccatis damnantur. **D**eniq; non
glorient cardines ipsi: qa sponso ecclesie assistunt. eiusq;
adiutores atq; consultores instituti sunt. Si. n. ad metis
attem reducerint: quantis laboribus plena sit ac erũnis
ea romani pontificis assistentia. ea consulendi & iuuandi
necessitudo. quantisq; penculis referta sit: illa desiderata
ad papam proximitas: cythara gaudii uertetur i luctũ.
Quanto eni lucifer fuit deo propinquior: tãto grauius

peccauit atq; ruit. Nimia plerunq; ppingtas nocet. nec
ignis ledit nisi approximantem. Cognoscāt igitur quia
assistentes sunt: non insistentes. ne dixerim obfistentes.
coadiutores non impeditores. assistētes bono. resistentes
malo. applaudantes bonis. impugnantēs peruersos. ut
sint de qbus scriptura ait. qui assistit: assistat quasi gyon
in die uindemie. Gyon conflictus uel lucta dicitur. In
uindemia uero mali fructum rapiunt. Qui igit summo
pontifici assistit: conflictum aggreditur. contra eos qui
fidem & ecclesiam impugnant. Assistere ergo quippe &
resistere iuuareq; omni tēpore sint cardines parati. non
modo in prosperis: sed aduersis. ne de illis romanus pō/
tifex recte conqueratur: quia ei assistūt. non autem in
oportunitatibus. nō in tribulatōe. Cum aut tribulatio
proxima est: non est qui adiuuet. Demum propinqui
sint ut consulant: non ut consumant. sicut scriptum est.
quos elegit appropinquabunt ei. nec derelinquēt eum.
Tunam qui tam proximi sunt ī dignitate: propinqui
sint in sanctitate. ut de eis romanus ipse pontifex recte
dicere possit quod ī leuitico ad leuitas dicebat summus
sacerdos. sanctificabor inquit in his qui appropinquāt
mibi. Sed prohdolor uerēdum est potius: ne nimia p/
pinguitate ipi dracones sint iuxta arcam domini. ne de
illis dicat ecclesie spōsus: aduersus me appropinquēūt.
Videant rursus. qa difficillima res est tanto tribunali
assistere. difficilius sic cōsulere: ut simul prosint & pla/
ceant. et longe omnium difficillimū: ut in assistendo sit
animus. in cōsulendo liber. nō odio. affectu. nō passiōi
obnoxius. Nam iuxta quēdam sapiētem apud magnū
tribunal difficile ē sic consiliari: ut sit in uerbo ueritas.
in consilio fidel. in cōmisso silentium. Ille siqdem teste
Ambrosio recte consultit: qui utiliter assistit. qui seipm
formam & exemplum exhibet ī doctrina. in grauitate:

ut sit eius sermo salubris. consilium utile. uita honesta. sententia decora. Deniq; quantum cure. quatum sollicitudinis. quantumq; miserie. laboris atq; periculi in ea assistentia uertitur: illud aperte indicat. quia quidquid egrum. quidquid marcidum. quidquid turbulētum aut inquietum in orbe erit: totum eis curandum tribuitur. Quidquid deformationis. aut morum corruptionis in mundo erit: sūmo pontifici simul & cardinalibus imputatur. Si pestis. si fames. si in deum & proximos fideles peccauerint: si uitia excreuerint: eis imputabitur. qui ut scriptura ait cōmedunt peccata populorū. Nam iuxta Ambrosium cum populus in disciplinatus reperit: signū est. quia sacerdotium non est sanum. Vnde Gregorius in quadam omelia. ubi subiectus ex sua culpa moritur: ibi is qui preest mortis causa inuenitur. Et ut paucis agamus. tot sunt cardinalium miserie & calamitates. tot mentis & conscientie remorsiones: quot sunt preceptorū & rerum eis incumbentium transgressiones. Que omnia enumerare perquam difficile foret. ¶ Ceterum cōgruit gradui. congruit ordini cardinalium. expedit honori. cōuenit oneri & periculo: ut considerent se cardines fore atq; custodes ostiorum domus dei. per que nemo facile intrat nisi per cardinū misteria. Ad eos igitē circūspicere pertinet quis ingreditur & egreditur. Conentur itaq; ut intrent habētes uestes nuptiales & qui digni reputent. claudātq; indignis. Clausa erat iberico ubi positi erant principes. ut uiderent intrantes & egrediētes. Et i libris iudicum. custodes uigilabāt clausis diligentissime ostiis domus dei. Sed caueant ne claudant ostia his q intrare deberent. percutientes eos qui foris sunt. quos scriptura cōmemorat. quia claudūt ostium cū intrinsecus fuerint. Rursus inuigilēt custodie cardines ipsi. duo enī Simōes eis occurrent assidue inuicem contendentes. quos non

equa lance amplectantur. alterum sequantur. alterum
persequantur. Simonem magum corrumpere nitentem
expellant. Simonem Petrum ei maledicentem admittant.
Simonem magum & filiam eius eiciant. quia ad eosdem
cardines scriptura ait. claudite ostia: ne sinatis eam intrare.
Et iterum in libris regum. eice eam & claude ostium. Vterque
Simon negotiatur ut intret. sed longe dispanter. Simon
Petrus iniqua domus dei commertia damnat. alter Simo
admittit. Ille terrena uendit: ut celestia assequatur. iste
spiritualia emit: ut temporalia adipiscatur. Ille dum gratis
accipit: gratis dat. Iste id pretio uendit: quod pretio emit.
Simon magus ait. accipe numos: ut habeam gratie dei
largitionem. Simon Petrus ait. pecunia tua tecum sit in
perditionem. Ille nihil habens terreni: multum diuini
muneris elargitur cum ait: quidquid habeo tibi do. iste
plurima habens nihil dat uirtutis. quia extimauit donum
dei posse pecunia comparari. Intret denique Simon Petrus.
cuncta uisitet & operetur. pellatur Simon magus qui
uulnerat nec medetur. Ille claudos sanat & egrotantes.
iste sanos efficit claudicantes. Ille curat aliorum oculos.
iste implet suorum loculos. Ille intret qui ait surge & am/
bula. alter expellatur dicens: qui uenerit ad me non eiciam
foras. Ille in nomine Ihesu nazareni suscitatur mortuos.
hic in nomine zabuli mortificatur uiuos. Demum expedit
cardinibus iactantiam & ornatum exteriorum fugere.
Non sint de illorum numero: in quibus cernitur uestium
cultus plurimus. uirtutum autem nullus aut exiguus.
Pompa enim uestium toleranda pro tempore. non af/
fectanda pro libito. permittenda pro status decentia.
dimittenda pro scandalo. Auaritiam ut scorpionem cardines
fugiant. quia de illis scribitur: percutite cardinem & commoue/
antur superliminaria. quia auaritia in capite & plateis
eorum: propterea nouissima eorum consumam. Post aurum

in pulchro.

non eant. christum non questu sequantur. affluentiam rerum non querant: nisi uirtutum & donoru spualium. Vitent mensaru luxurie. congerie uasorum. quia hoc non est ornare ecclesiam: sed spoliare. non est decorem maiestatemq; custodire: sed perdere. non est defendere: sed exponere. Rursus exponant se muru p domo domini. Exeant ex aduerso potentibus seculi. Regibus se exhibeant imperterritos ut Iohannem iniustis. ut Moysen egyptiis. fornicantibus ut Finees. Idolatris ut Heliam. auaris Helizeum. ut Petru blasphemantibus. ut Paulu persequentibus. uulgum non spernant: sed instruant. diuites non palpent: sed terreant. pauperes non grauent: sed foueant. dignos promoueant. indignos expellat. Et ut inqt canon querant eos in ecclesia columnas erigere: quos plus cognoscunt prodesse. non quos uel ipsi amat. uel quoz sunt precibus & seruitio delinuti. uel pro quibus ut prelati fiant: muneribus impetrarunt. Et cu apostolorum ritum teneant: distribuatur dignitas pro meritis non pro uolunt. distribuatur unicuiq; pro ut opus est. non sibi sed populo. Iuuenes doceant non exalcent. minas principum non paueant: sed contempnant. ecclesias non spolient: sed orment. marsupta non exhauriant: sed corda reficiat. & crimina corrigat. studiosos diligat. ignorantes ignorent. quia scriptum est: ignorans ignorabitur. De dote uidue & patrimonio crucifixi pauperes pascant. non in conspectu hoim sed dei. Nec reprehendimus quosda qui pauculas escas egenis erogant: que de sua & suorum superest mensa. sed eos inculpamus qui pretiosiora recodunt. more illorum de quibus Matheus ait. qa decimant mentam & anetum ac ciminu: & relinquunt que grauiora sunt. quoniam hec oportet facere: & illa non omittere. Iubentur deniq; cardines uiriliter stare pro afflictis. & iudicare equitatem pro mansuetis terre. Iubetur deniq;

uacare morꝝ correctioni. insistere concordie. inuigilare
paci. infidelium expugnationi & fidei augmēto intendere.
eamq; usq; ad sanguinem tuen. in cuius tipo rubei pilei
insignis decorantur. Sint deniq; in loquendo modesti.
in aduersitate securi. in prosperitate deuoti. in hospicio
non dissoluti. in cōuiuio non effusi. Demū sint pōtifici
fideles. inferioribus cōportabiles. Sint ad petendum
uerecūdi. ad negādum iusta difficiles. Sint grati postq̄
acceperunt. Sint largissimi exhibitores. & parcissimi p/
missores. Et ut finem uerbis sed non mentis dolori im/
ponamus. tales iterius exteriusq; cardies ecclesie existāt:
quales se uelle eē professi sunt. Tales sibi appareāt: q̄les
ab hominibus reputari cupiūt. hoc sit illis pudor alios
esse. & alios apparere. Fuere quidem multi: qbus expe/
diens minime fuit apparere & conspici. Sed prohdolor
in omni statu expimur alios eē: alios apparere. ut illud
Anticlaudiani apud omnes uerum sit: quia aliquando
non sunt homines quod uidētur. Sepe uero pluris sunt
q̄ appareant: ut glorie eis sit ascendisse. Postrēo id uellē
cardinalium cordibus semper defixum sit. quia si tandem
diuersis illecebris delitescunt. nec eis onera incumbētia
pertimescunt: uereor ne illud Amos prophete audiant.
stricēbunt inqt cardines domus dei in illa die. Et iterū
illud Isate. super muros tuos cōstitui custodes. ipsi uero
sicut locuste uineam depasti sunt.

Capitulum decimum de sublimitate excellētia &
dignitate status patriarcharum. archiepiscoporum
episcopoz. prelatorum. presbiterorū & ministroꝝ
ecclesie. & de perfectione status eorum.

Cogit ordo politus ut attingamus ceteros status
gerarchicos uite spūalis. uidelicet patriarcharum.

archiepiscopoz. episcoporum. archidiaconorú. curatoz.
 & alioz clericoz sub ecclesiastico ordie degentiú. Cuius
 status dignitas & excellentia. nó satis a mortalibus lau/
 dari extolli & commendari potest. Conficeremus qdem
 magna uolumina: si ea omnia adduceremus: que illorú
 excellentiã & sublimitatem demonstrãt. Paucula tamẽ
 sub quodã breui epilogo perstringemus. q̃tum presertim
 ad propositi r̃oem pertinet. quoniã latius excellentiam
 huius status deducimus in libro defensori status eccle/
 siastici. ubi predicta cõprobamus nõ solú ex fũdamẽtis
 iuris naturalis: sed testimoniis & exemplis ueteris legis.
 ac etiam ex ipsa gentiliú obseruãtia. necnõ testimoniis
 noue & euangelice legis. & demú auctoritatibus & fun/
 damẽtis iuris hũani. Nam ut cetera taceã. quis dubitat
 p̃tificem ac sacerdotalẽ dignitatẽ principiu sumpsisse
 ex ip̃o naturali iure. quo ut inqt ph̃s in politicis hoies
 naturaliter inclinantur ad sacrificia. que non nisi per
 p̃tifices & sacerdotes. etiã ipsa antiquas institueda cele/
 brãdaq duxit. Sed & illa gẽtilitas naturali iuri inuens.
 hanc pontificum & sacerdotum summam super omnes
 mortales dignitatem & excellentiam nedum instituit:
 sed hũili ac deuota obseruatione professa est. Nam ut
 Plutarcho placuit & Poliratus refert apud gẽtiles eos
 qui religionis cultui preerant. quos p̃tifices appellabãt.
 quasi tipum aie in corpore hũano tenentes: sup omnes
 mortales uenerabant. eisq; subitebãtur. Sicut itaq; aia
 totius corporis habet p̃ncipatú. cũ ctãq; mẽbra uegetat.
 eiq; obsequunt. & illoz gent p̃ncipatum: ita pontifices
 quos ip̃e Plutarchus etiã prefectos diuino cultui uocat.
 toti corporis cõmunitati presint oportet. Subdens quia
 & Augustus cesar sacrorú pontificibus eousq; subiectus
 fuit: donec & ip̃e ne cui mortaliú subesset: uestalis cre/
 atus est pontifex. Demum in ipsa ueteri lege hic excel/

lentissimus ordo incoatus est. & in noua plenius confir/
matus ut inq̄r Isidorus. Nam facti doctores sacrificiū:
& per consequens sacerdotiū ab Abel & Chaym incepisse
aiunt. qui primo sacrificarūt deo. Vnde creditur Adam
in spiritu & iussu domini docuisse filios sacrificare deo.
quare dicunt ordinē sacerdoti tunc p̄mo incepisse. Sed
putamus utriūq; recte stare posse. quoniam ante legem
sacerdotium & sacrificium incepit ab Adam & filius eius.
uidelicet implicite & sub quadam figura. Sub lege uero
explicitate & exp̄sse iussu domini incepit ab Aaron. Ali
a Melchisedech iuxta illud. tu es sacerdos in eternū sc̄dm
ordinem Melchisedech. Sed ut diximus sub lege Aaron
primus iubente domino uictimas obtulit ut inq̄r Isido.
Quocunq; modo sit. ex ipsa temporis primitate & diu/
turnitate ac institutiōis excellētia: huius status sanctitas
atq; sublimitas apertissime comprobatur. Demum uero
ipsa p̄otificalis & sacerdotalis excellētia & sanctimoīa
ex hoc agnosciē. quoniā sublimiori nomine q̄ cogitari
pōt: in sacra scripta episcopi sacerdotes & ecclesie mīstri
nominant̄. Appellantur enim diu. unde ī exo do scribit̄:
diis nō detrahes. p̄ deos episcopos & sacerdotes intelligēs
ut ait quidem canon. Rursus ordo ac status ipse in eo
eminentissimus atq; sanctissimus est: quia tipum tenet
celestis gerarchie. Nam ip̄i ecclesie ministri ecclesiasticā
cōfutiū gerarchiam. Ipsi quoq; ī sortem dei electi sunt.
& ip̄e fors illorū est. Ipsi deniq; tante excellētie & digni/
tatis existunt: ut mento a cunctis seculi principibus. &
xp̄iane fidei cultoribus patres appellant̄. Vnde Grego.
Quis dubitet ecclesiastici ordinis uiros uenerandos fore:
quos regū & principū oīmq; fidelīū patres & magistros
censeri compertum est. Et sequitur. Nonne miserabilis
infante esse uidetur: si filius patrem. discipulus magistrū
nō honorent? Et inq̄s obligatōibus illū potestati sue

subicere. a quo credit non solum in terram: sed in celis
 ligari posse & solui? Et iterum idem Gregorius circa
 principium pastoralis iquit. honor & sublimitas nullis
 poterit comparationibus adequari: si regu fulgore com/
 pares. & principu diademati longe inferius erit: q̄ si plubi
 metallu & auri fulgorem copares. Quippe cu uideamus
 regum colla & principu submitti genibus sacerdotum.
 & osculata eorum dextra: orationibus eorum credant se
 cotineri. Et Ambrosius in pastoralis. magna est excel/
 lencia & sublimitas episcoporum. que sicut maxima est:
 ita maximam debet habere cautelam. qa honor grandis:
 gradiori debet solitudine circūuallari. Et rursus idem
 Ambrosius. nihil in seculo excellētius sacerdotibus. nihil
 episcopis sublimius reperiri potest. ut cum dignitatem
 eorum oculis demonstramus: digne noscamus qd̄ sumus.
 & qd̄ sumus professione: actione etiā demonstremus. ne
 sit gradus excelsus & deformis excessus. Deniq; Iohānes
 chrisostomus huius status gradum & excellentiam signat
 ait. sacerdotibus ecclesie deus cu ctos uoluit ee subiectos.
 ad quos uniuersa que in ecclesia occurrūt: uoluerit per/
 tinere. Et Augustinus. clericorum statum & ecclesiastici
 ordinis sublimitatem & sanctimoiā designans: ait ad
 Mauritiu. sacerdotibus & leuitis ecclesie non ex terrena
 potestate dominus noster: sed excellenti potētia ppter
 eum cuius serui sunt. Ita eis dominatur: ut debitam eis
 cuncti reuerentiam impendant. Et subdit. nā in diuinis
 eloqis ecclesiastici ordinis clerici & sacerdotes aliquando
 diu: aliquando angeli uocātur. Nam & ad Moysen de
 eo qui ad iura deducendus erat dicit. applica eu ad deos.
 uidelicet ad sacerdotes. Et rursus scriptum est. diu non
 detrahās & seculi sacerdotibus. Et iterum. Ego dixi diu
 estis. Et propheta ait. labia sacerdotu custodiūt scien/
 tiam. & legem de ore eius requirant. qa angelus domini

exercituum est. Quid ergo mirum si reges. si principes. si cuncti fideles eos honorent. quibus in suo eloquio hominem tribuens: aut angelos aut christos. aut deos deus. ipse appellat? Grandis ergo est excellentia status & ordinis clericorum & pontificum. ueluti qui eius locum tenet super terram. qui celum & terram condidit et omnia que in eis sunt. quibus tantam tribuit potestatem: ut quos ipsi abfoluunt uel ligant super terram: ipse ligatos solutosque habet in celis. dicente eis saluatore quorum peccata remisit: remittuntur eis. Sed quid de huius ecclesiastici status dignitate & excellentia dicere potest? Potius certe tempus quam dicendi materia deesset.

Capitulum undecimum de differentia & comparatione ecclesiasticorum. uidelicet episcoporum & aliorum inferiorum prelatorum et clericorum inter se adinuicem. & quid gradus altero sit dignior et perfectior.

EXigit ergo idem ordo politicus. ut ecclesiasticorum siue clericorum ordinem inter se inuicem discernamus & comparemus. quod breuissime tanquam manifestam absoluemus. Aliqui enim in minoribus ordinibus sunt constituti. alii subdiaconi. alii diaconi. alii presbiteri. alii episcopi. alii archiepiscopi & patriarche. inter quos longa ualde differentia est. Nam eadem ex christi institutione: maiorum & minorum sacerdotum discretio facta est. quando apostolos tanquam maiores: et septuagintaduos discipulos quasi minores sacerdotes instituit. ut patet Luce decimo. ubi glossa. quod sicut in apostolis forma episcoporum: sic in septuagintaduobus forma presbiterorum quasi secundi ordinis est perscripta. Postea autem apostoli hanc formam secuti sunt. et in singulis ciuitatibus episcopos: in prochu presbiteros ordinarunt. Procedente uero tempore & crescente messe domini: apostoli ordinarunt diaconos. quorum

maximus fuit Stephāus. Subdiaconos uero & alios mi-
 nores ordines ecclesia p̄ temporis discursū sibi constituit.
 quāuis nōnulli dicant subdiaconatū ab apostolis fuisse
 institutum. sed per eos inter sacros nō numeratū. postea
 tamen ab ecclesia aggregatum. Veruntamen Dionisius
 q̄ Pauli discipulus fuit. ī ecclesiastica gerarchia tres tan-
 tum ordines describit episcoporum presbiterorū & dia-
 conorum. Ep̄orum ordinē dicit maximū & perfectiū.
 presbiterorū uero illuminatiuum. diaconorū purgatiū.
 Nec solum distinguit quo ad sublimitatē & excellentiā
 dignitatis: sed etiam quātum ad perfectionē status. nō
 pro excellētia & prerogatiua dignitatis: sed pro ut in-
 ducit quandam seruitutē propter deum oppositā statui
 libertatis. Nam sc̄dm̄ sententiam doctorum. circa istos
 gradus tria possunt cōsiderari. sicut tribus modis p̄fectio
 status aut uite s̄ctitalis acquirat. Primo p̄fectio status
 sumitur cōmuniter & large p̄ actus dilectionē. Secūdo
 magis proprie per officii administrationē. Tertio prō-
 priissime per uoti perpetuam obligationem. Primo igit̄
 modo omnes in caritate existentes: sunt in perfectionis
 statu. quia ut apostolus ait: sola caritas uinculum est
 perfectionis. Et hoc modo perfectio opponitur ruine
 peccati & culpe. sc̄dm̄ quem modum dicit apostolus qui
 existimat se stare: uideat ne cadat. Secūdo uero modo
 omnes qui assumuntur ad officia ecclesiastica: possunt
 dici esse in statu perfectionis respectu laicorum. Sunt
 enim ipsi quasi medii inter deū & populum. Vnde q̄to
 propinquiores deo ratione officii q̄d ministrant: tanto
 perfectiores. Vnde ī canone scribit nō solum episcopi:
 sed presbiteri & diacones debēt magnopere providere.
 ut cunctum populum cui president: conseruatione uitae
 et doctrina excedant. Id etiam agere debēt inferiores
 gradus puta exorziste lectores & alii. Sed tertio modo

solum episcopi archiepiscopi ac patriarche. ac etiam re/
ligiosi illi uidelicet qui per uotum i perpetuā seruitutē
sele tradunt ad seruiendum christo. & hominibus ppter
ipsum in his que sunt circa opera perfectōnis: tales sunt
proprissime in perfectionis statu. Et hoc modo in hac
parte accipitur status. ut uidelicet sonet in quandā ser/
uitutem oppositā statui libertatis. quia per talem statū
fit mutatio status libertatis in perpetuā christi seruitutē
ut supra diximus. Et hic proprissime ē status pfectiōis
uite apostolice i hac parte. scđm quem modum accipit
status secūda questioe sexta. si quādo in causa capituli
uel status interpellatum fuerit. nō inquit per procura/
tores: sed per seipos est agendum. Ceteri ergo ministri
ecclesie indubie sunt in statu perfectionis ppter offitii
administrationem. talis tamen perfectio status magis
accipitur cōparatiue q̄ proprie. Nam canones inferiorū
clericorum statum magis appellant gradum q̄ statum.
Vnde dicit in quodā canone. pro gradu offitii unqsq;
studere oportet ad meliora. Et hoc dictum sit quātum
ad episcopos & ministros ecclesie inter seipos cōparatos.

Capitulum duodecimū de plurimis difficultatibus
& aculeis. laboribus & periculis status archiep̄orum
episcoporum & ceterorum clericorum. et de malis
ministriſ ecclesie. ac de multis abusibus uitis & for/
dinationibus illorum in genere & in communi.

Visa excellentia dignitatis & sublimitate status
ecclesiastici in genere ac differētia & cōparatiōe
inter se: superest agere in cōmuni de eius piculo aculeis
& difficultate. Et adducentur in medium auſtoritates
& rationes: quibus non inepte proban uidentur huius
status difficultates pericula & incōmoda. Indignū enim

uidetur. ut si quos ep̄os aut clericos huius status sublimia
 & dulcia delectant: amara & aspera moderentur. nec in
 eo statu securus se reputantes plurimum extollant: qui
 tam proximi ruine insistent. In primis itaq; nemo sibi
 blandiatur ex sanctimoīa huius eminentis status eccle/
 siastici. nemo certe de eius excellentia extollatur. nemo
 de illius dignitate confidat. Cogitet enim quia ut inq̄t
 canon nō loca. nō dignitates. nō cathedra statū faciūt:
 sed uita & mores. Vnde ex officio & dignitate non li/
 centiam peccandi: sed necessitatem bene uiuēdi ecclesi/
 astici uiri se nouerint affecuros. nec ex eminētia status
 audaciam delinquendi sibi sumāt. pro eo maxime q̄a ut
 in precedentibus diximus nullus sanctū dubitare debet:
 quē apex tāte dignitatis attollit. In quo si desūt bona
 acquisita per meritum: sufficiunt que a loco & cathedra
 testātur. Et iterum. cathedra aut claros ad hec fastigia
 erigit: aut qui eriguntur illustrat. Ad que dicimus plu/
 rimum falli eos qui de loci dignitate letantur. Nam
 Symachus papa seip̄m declarans predicta de illis intel/
 ligit: qui per bonos actus s̄ctos predecessores imitantē.
 Vnde subdit q̄ ea que de cathedre sanctitate dixerat:
 ad illos perinet quos p̄^{ar} conuersationis splendor illuīat.
 Sed pro tāto sanctos uocat: q̄a propter loci & cathedre
 sanctitatem boni & sancti presumuntur. Vnde Hierō.
 non sanctorum filii sunt qui tenent loca sanctorū: sed
 qui exercēt ōpera sanctoꝝ. Itaq; nō reddat ecclesiasti/
 cos uiros securus dignitatis fastigium: sed potius rep̄mat
 aut hūiliet imminēs ecclesiastica status periculū. Vnde
 Gregorius. nos qui presumus nō cathedre. nō dignitatis
 nō ordinis uel gentis prerogatiua: sed moribus cōfidere
 debemus. q̄a ut inq̄t canon: non dignitates aut ordines
 creatori proximos faciunt: sed nos aut propria merita
 coniungunt. aut mala disiungunt. Non ergo letentur

episcopi ex sanctitate cathedre. nō sacerdotes confidāt
ex sacerdoti dignitate: sed potius contremiscant ex
imminenti calamitate & periculi pronitate. Quid enim
dignitas affert: si uita obest? Nam teste Gregorio quid
paradiso altius tutius atq; iocūdius? Quid celo securius?
Et tamen homo de paradiso peccando: angeli de celo
cecidērunt. ut posteris cederet in exemplū. quia nō loci
nec dignitatis amplitudo securitatem tribuat: sed uite
innocentia. quia ut idem Gregorius subicit. iustū quippe
est ut nobilitate loci ac dignitate officii nō uiuet: qui
dignitatem dei a se abicit. Vnde Christo. ad episcopos
de dignitate excellentia se efferentes. nec illius eminentia
pericula preuidētes pulcre ait. uidete inq̄m fratres q̄ nō
sedeatis super cathedram. q̄a nō cathedra facit sacerdotē:
sed sacerdos facit cathedrā. non locus sanctificat hominem:
sed homo locū. nec omnis sacerdos sanctus est: sed omnis
sanctus sacerdos. Et sequit̄. qui bene sederit sup cathē/
dram: honorē accipit cathedre. Et iterū. malus sacerdos
ex sacerdotio suo: crimen acquirit non dignitatem.

Secundo ecclesiastici status incōmoda & onera diffi/
cultates & aculeos. erumnas atq; pericula ex ip̄o nomīe
satis cōprehēdere possumus. Si enim episcopi sacerdotis
aut cleri nomē solū perterret: quāto amplius ipsius rei
defectus q̄ nomē importat. Episcopus. n. sup̄intendens
aut speculator dicitur. Sacerdos uero dicitur q̄ sacra dec
aut doceat. Clericus ideo appellatus q̄ ī dei sortē electus
fit. Qui ergo non superintendit. qui non speculat̄. qui a
longe non prospicit incōmoda subditorum: nonne ep̄i
falsū nomē usurpant? Sed & q̄ sacra nec dat nec docet:
nōne falsū sacerdotis titulū sumit? Clericus uero quomō
fors dicitur est. quē mūdus. quē seculum. quē deniq; ipse
infernus de illo uerius sortiuntur. Hos itaq; pulcre Ber/
nardus describit. mirum ē q̄ clerici aliud uideri cupiūt q̄

sint. uidelicet habitu milites. questu clerici. actu neutrú
 exhibent. Non. n. pugnant ut milites. nec euāgelisant
 ut clerici. nec laborāt ut ministri. Cuius igit ordinis sint
 cum utriusq; eē cupiūt: et utrúq; deserunt & confú dunt.
 Et sequitur. unusquisq; inquit apostolus in ordine suo
 resurget. sed isti in quo? Sed certe quia nullum tenent
 ordinē: sine ordine peribūt. Et cū sapiens deus ueraciter
 credit a sūmo usq; deorsum. nihil inordinate reliquit:
 uereor certe non a libi esse ordinādos: q̄ ibi nullus ordo
 sed sempiternus horror inhabitat. Ad hos preterea sic
 nominatos pastores. & pastorem curam deserētes. per
 prophetam deus acerbissime cōminatur. At enim si nō
 fuens locutus ut se custodiat impius a uia sua. & ille ini/
 quitate sua morietur: sāguinē eius de manu tua exgrā.
 Quod ergo maius periculum cogitari potest: q̄ aliorum
 iniquitate damnari? In cetens siquidem statibus seu uiuēdi
 modis. culpa tenet auctores suos. quilibet proprio suo
 peccato punitur. quia scriptū est anima que peccauerit:
 ipsa morietur. In hoc tamen periculoso uiuendi genere:
 nedum suo sed a liorū scelere pastor plectit. Damnant
 enim pastores populorū iniquitate. Quis ergo sane mentis
 ad illā uite genus aspirat: ut aīam suā teneri obligariq;
 baratro eligat: si alii peccauerint? In exordio humani
 generis Cayn ipse licet reprobus. tante tamē intelligētie
 fuit: ut uite aliene curam abiceret inquitens. Nunquid
 ego custos fratris mei sū? Repellebat ille a se tante fra/
 tris curam: ne incautus pro fratre teneretur. Ille etiam
 utenni fratris curam recusabat: nunc pro chdolor ad ex/
 traneorum curam cū aperto periculo properamus. Quis
 oro tā sibi impius. q̄ tam sui oblitus existit. q̄ sponsorē
 seu aliene uite se constitui fideiussorem optat: qui uitā
 propriam uix tueri possūt? Aut quid tam insanū. quid
 tam inconsideratū: q̄ alienarū culparum strictam rōem

se se redditurum promittere: qui sua aut non uidet. aut non intelligit? Quid tam demētie proximū: q̄ alienoz facinorū fieri diligens indagator: qui suorum est negligentissimus inquisitor? Aut quis aliena peccata portare se pollicet: qui suis premitur? Quis purgādi alios onus suscipit: q̄ purgatore indiget? Aut illuminādi plurimos officium acapit: qui cecus est. & qui se nō uidet: quomō alios considerat? Periculosa certe atq; grauis sarcina est cura pastoris. Nam cuiuslibet ouis deperditio: illius periculum est. ad quem propheta ait. et erit aīma tua pro aīma illius. Demum illius status periculū in eo cōspiciē: quoniam teste Gregorio. prelati tot mortibus digni sūt: quot ad suos subditos perditōnis exempla transmittūt. Inter cetera uero detestanda exempla unum illud est. Quoniam & si scriptū sit: seruos dei nō oportet litigare. Episcopi tamen & clerici qui spirituales sunt: et lites ac contentiones uitare specialius iubent. pro chopudor tam acerbe. tā impie. tam crebro litigāt: ut omnes uincant in cōtendendo laicos. & sub colore iustitie obrepit impietas. Iā nō modo p̄ episcopatu litigatur: sed bellat. nō modo pro sacerdotio contenditur: sed pugnatur. Et plerunq; non sine orbis & urbis periculo bellatur in ecclesia. que pacem filius ut pia mater promittit. Atūt enim gloriam nostram non damus alteri. qui dum uanā retinēt: uerā & eternam amittūt. ad gloriam currunt: sed gloria eorū in confusiōe erit. Christus iubet tunicā p̄ximo dimitti. quippe & in facie percuti ne litigent: isti eligūt p̄cutere q̄ parcere. malunt periclitari ecclesias: q̄ non honorari.

Tertio ille hoīm status nedū difficilis & laboriosus: sed & periculosus uidetur. ex quo plures seductores & scismatum seminatores in ecclesia oriuntur. quos certe ex sacerdotū & episcoporum statu prodisse cōperimus. Vnde Hieronimus ueteres perscrutās historias reperire

non ualeo alios ecclesiam dei scidisse populos seduxisse:
 p̄ter eos qui sacerdotes appellati s̄nt. Accedit quoniā ille
 uidetur periculosior. difficilior atq; incōmodior uiuēdi
 modus: de quo plures cadūt & plures piclitātur. Cōstat
 aut̄ plures cadere in uia salutis. et longe plures ex statu
 ecclesiastico periditari p̄pter plurima & p̄sertim p̄pter
 temporalitū affluentiam. Sicut certe plures deuiant in
 prospensū q̄ in aduersis. de quibus putandum ē p̄phetam
 dixisse. cadēt a latere tuo mille. et decē milia a dextris
 tuis. Dexteram quidem honoratiōre partem episcopi &
 prelati ī ecclesia tenent. ceteri sinistra. Si igit̄ de ceteris
 statibus ad sinistra cadent mille: profecto de istis cadēt
 decem milia. ¶ Quarto eligere curā aīmax: nihil aliud
 est: q̄ exponere se ad manifesta & indubitata pericula.
 quia ut inquit Grego. talia appetere ē mentis tēpestas.
 Nam nihil aliud ē potestas culminis q̄ tempestas mētis.
 Quis enim tam audax. aut uerius quis tam temerarius
 est: qui in alto & tēpestuoso mari nauigare peroptat?
 Quis illius nauis cupit fieri gubernator: quā periturā de
 proximo conspiciat. teste Grego. quieto mari imperitus
 nauta nauem dirigere potest. turbato aut̄ tempestatis
 fluctibus etiā peritus nauta se confundit atq; p̄turbat.
 Profecto nil aliud est curā aīarum suscipe. sacerdotiū
 aut p̄tōficatū sumere: q̄ scienter se naufragus mergere.
 Solent homines de tempestate in portum fugere. Qui
 uero animarū pastores fieri desiderāt: de portu ī liber/
 tatem libenter fugiūt. De q̄bus propheta dicere uidet̄.
 qui descendunt mare nauibus fatientes operationes in
 aquis multis. et descendunt usq; ad abissum: quorū aīma
 in eis tabescit propter negotiorū multipliciū procellā.
 quare turbati sunt & moti sunt sicut ebrius. et tandem
 omnis sapiētia eorum deuorata est. Mirum certe uidet̄.
 ut non satis difficile aut graue uideatur. uni ep̄o unius

anime curam sumere: nisi omnium curas in se suscipiat.
Vnde qdam sapiēs de tā graui sarcina dicebat. Fortes
humeri qui talia sustinent. aut fortis ambitō ad id aīos
cogens: ubi futurum periculum sciunt. Quod si pontifex
in altum se locatum gaudeat: cōsideret quia tanto ent
ei casus grauior. Vix enim ex alto sine labore aut pe/
riculo descendit. Sed ut paucis concludā. cura aīarum si
recte geritur: sūmus est honor. sed sūmus labor. sūmum
onus. summa seruitus. Si uero male agitur: sūmum aīme
periculum. summum malum. quia anceps ex omni parte
negotium est. ¶ Quinto nō est proposito alienū con/
siderare. quoniam ut ait Chrysostomus in canōe. homo
christianus fortiter cadit ī peccatū propter duas causas.
aut propter magnitudinē peccati. aut ppter altitudinē
dignitatis. He igitē due periclitandi cause ecclesiasticos
uiros fortiter ruere cogunt. Primo magnitudo peccati.
scienter enim & ex cōtemptu peccāt. Nam qui scit uo/
luntatem domini & non facit: iuxta uerba saluatoris
uapulabit plagis multis. Secūdo altitudo dignitatis. qa
quantum dignitas altior: tanto casus grauior. Et teste
Gregorio. quāto quis in sede superiori locatus est: tāto
in maiori periculo uersatur. Et Augustinus. sublimitas
honorum: magnitudo scelerum est. Et Hieronimus. in
maiori gradu: maior ē sine dubio pena. Et iterū Chri/
stomus in canōe. honoris magnitudo his qui indigno
uiuunt honore: maximus cumulus incipit esse penarū.
Et iterum Augustinus. clerici officium si perfunctorie
geritur: nil apud deū miserius. tristius & damnabilius.
¶ Sexto ex episcoporum & clencorum administratōe:
pericula difficultates & incōmoda aptissime demōstrant.
Non enim episcopi & clenci domini sūt bonoꝝ ecclesie:
sed ut Hieronimus ait procuratores sed dispensatores
rerū alienarū. et uelut sacrilegos plectendos esse. si quod

pauperibus est erogandū: sibi retinent plus q̄ eius statū
 sufficit. Quomodo ergo securi sunt clerici: qui nō solum
 ex mala aut desidiosa administratione: sed ex cupida
 retentōne damnātur. Vnde pulcre de se & ceteris pres/
 biteris dicebat Hieronimus. quomodo possumus aliena
 fideliter distribuere: qui nostra timide reseruamus. Hic
 Augustinus ad episcopos & presbiteros ait. Esuriētium
 panis est quem tu detines. nudorum uestimentum quod
 tu recludis. miserorum redemptio est pecunia quam tu
 refodis. infirmoꝝ solatia sunt delitie quibus tu lasciuis.
 tantorū ergo scias bona te inuadere: q̄tis possis prestare
 quod uelis. Sed & Bernardus in epistola ad Fulconem
 ait. Ne tibi o pontifex o sacerdos blandiaris. quo tuis
 cōtemptis alia non arripias. Rapis enim cū luxuriaris.
 ut de altario superbias. de qbus quod preter necessariū
 ac simplicem uictum retines: tuum non est. rapina est &
 sacrilegium. habētes inquit apostolus uictū & uestitū.
 non uictum & ornatum. non delitis non uestibus qbus
 lasciuimus. Et iterum idem Bernardus ad Senonēsem
 archiep̄m. Clamant nudi. clamāt famelici. cōqueruntur
 pauperes. dicunt dicite pontifices in inferno: quid facit
 aurum nobis fame frigore miserabiliter laborantibus.
 Quid conferunt tot mutatoria uel extensa in p̄tici. uel
 plicata in manicas. nostrum est quod effunditis. nobis
 crudeliter subtrahit: quod immaniter expenditis. Hinc
 & Hieronimus p̄tices et clericos cōminās ait. Ecclesie
 principes qui delitis affluunt p̄pheticus sermo describit.
 q̄ eitiendi sunt de spatiosis domibus lautisq; conuiuus.
 Et sequit̄. Si uis scire quomō eitiendi sunt. in tenebras
 uidelicet exteriores. ubi erit fletus & stridor dētium. Itē
 idem Bernardus ad clericos ait. Multiplica p̄bēdas. habe
 archidiaconatū. aspira ad episcopatū. gradatim ascende.
 & in puncto ad inferos sine omni gradu descende.

Septimo pericula incommoda aculei & difficultates
huius status ecclesiastica ex eo euidentius apparent quo/
niam si prophetarum .si patriarcharum .si totius sacre
scripture repetuntur annalia: nullum reperiemus genus
hominum. quos deus uehementius arguat. et seuerius
cominetur. & crudelius puniat: q̄ pontifices pastores &
sacerdotes. Discurre p̄ prophetas & scripturā lege. quid
audis nisi pastores populi mei preuaticati sunt in me.
propterea adhuc in iudicio contendā uobiscū. Et iterū.
stulte egerūt pastores. Et sequitur. propterea euellam
eos de terra. Rursus ad eos. omnes pastores meos pascat
uentus. Et alibi. ue pastoribus qui dispergunt gregem
meum. Et iterum. ue pastoribus israel qui pascat seipos.
Et sequitur. collidam í te pastorem et gregem. Deniq;
ad Iohelē prophetam transi. quid nisi comminatiōis
penas. quid nisi clamores plangentū sacerdotum & pō/
tificū audis? Ait enī plāgite sacerdotes. ululate ministri
altaris. Ausculta Ezechielē. ue pastoribus israel q̄ pascat
seipos. Et iterum. super pastores iratus est furor meus.
Ma labias quoq; nō tacet eorum exterminū. Ad uos
inquit sacerdotes qui despicitis nomen meum ad uos est
mandatum. O sacerdotes ecce ego proitiam uobis bra/
chium ire mee. & disperdā super uultum uestrū stercus.
Et iterum. Dedi uos contemptibiles omnibus populis.
Sed & Amos p̄pheta q̄ dure prelatos et pastores ecclesie
cominetur audiamus. Ait enim ue uobis qui opulenti
estis in syon. & confiditis in monte samarie optimates
capita populorū. ingrediētes pompaticē domum dei: qui
dormitis in lectis eburneis. & lasciuitis in stratis uestris.
Deinde contra huius status & uite homines scriptū est.
Quicumq; desiderauerit primatum in terra: inuēiet con/
fusionē in celis. Et iterū. inter seruos dei non cōputabit
qui de primatu tractauerit. Sed et christus in euāgelio

has illis penas & comminationes confirmat. At enim ue
 uobis qui diligitis primas cathedras. Sed quid hec com/
 memoramus? Plena est sacra scriptura huiusmodi incre/
 patioibus & cominatioibus. Quis ergo dubitat periculosū
 difficilem & cunctis aculeis miseris refertum esse illum
 hominum statū. cui tot maledictōnum & anathematū.
 tot cominatonum genera. tot penarum & suppliciorum
 mala. prophete patriarche facti. ipse quoq; deus in sc̄p/
 turis sanctis imprecatur. Vnde Chrysostomus sup̄ illud
 obedite prepositis uestris. O pontifex o prelate cōspice
 quanto igni supponis caput tuum. Et subiicit. Miror si
 quē contingat saluari de his qui principant̄. et presunt
 in tātis minis & in tāta pignia. in tantis increpatioibus
 & in tanta desidia. Video tamen currentes & sponte se
 submittent̄ in pericula. contra quos durissimū iudiciū
 his qui presunt scilicet male. De bonis uero scribit̄ pro/
 uerbiorum duodecimo. nouit iustus animas iumentorū
 suorū. Sed quid de periculo & incōmoditate. et aculeis
 ecclesiastici status dicā? Cum episcopis & clericis ipsa sy/
 monia que heresis appellatur. tam familiaris & cara sit:
 ut uix sine illa in domo domini incedant. Quibus etiā
 inuidia domestica. auaritia annexa. libido ira & supbia
 in rerum abundantia uidetur. Sunt in hoc statu patri/
 arche pomposi. episcopi negligentes. decanus timidus.
 archidiaconus elatus. canonia extra chorū uacantes.
 uicarius in litibus. tabellio falsus. presbiter imprudens.
 curatus ignarus. cōfessor leuis. diaconus euāgelia nesciēs.
 subdiaconus epistolam ignorat. cantor latrat. thesau/
 rarius fabricat defraudat. sacerdos sacramenta uendit.
 capellanus uenalis. ut statim latius tāgemus in capitulis
 sequētibus. ubi singulariter de quolibet gradu & officio
 ecclesiastici status succincte agemus.

Capitulū .xiii. de dignitate & prerogatiua officii
decanatus in ecclesia. et de illius honore & uenera/
tione. et de his que ei competūt. demū de plurimis
onibus & afflictionibus ac defectibus et periculis
decanorum.

Audita sunt preconia. laudes necnō excellentia.
preeminentia ac sanctimonia status ecclesiastica
i genere & cōmuni. Audita deniq; sūt eius uite formule
incomoda. calamitates & miserie. afflictionēs et pericula.
Quo fit ut facile eiusdē status dulcia & amara cuiuslibet
recte inuenta patere possunt. Verum q̄ ea que i ea re
breui diserta sunt: ad omnes ecclesie status scdm ordinū
et officiorum differentias applicari possunt. qui omnes
clericorum nomē & ministrorū officium in ecclesia sortiti
sunt. quia tamē particularius ep̄os & prelatos respicere
uidētur: superest ut ad ceteros inferiores ecclesie status.
gradus et ordines breuis & singularis sermo decurrat. Cō/
suetum igit̄ ordinem sequentes. unumquēq; inferiorum
clericorum gradum siue statū tangemus. et quid laudis.
quid excellentie. quid utilitatis. demū quid calamitatis
afflictionis & periculi habeat. sed et quot defectus in eos
damnabiliter cōmittantur: succincte afferemus. Primo
igitur post episcopum decanus siue prepositus existit.
nec id rōne caret. quia ut inquit canon Calisti pape et
martiris. decanorū dignitas recte maior post pōtificialē
appellatur. Nam decano post pōtificem maior ac p̄n/
cipalior cura & collegi administratio congruit. Rursus
proximior est ep̄o dignitate et honore. cui propinq̄or
est i consilio & assistentia. Ipse collegiū necnō p̄sonas
ac res collegi iudicat et tuetur. Hinc i exodo inter iu/
dicantes uniuersitatem decanus constitui iubet̄. quare
sacri canones uenerandā eam dignitatē decreuerūt. Est
enim decanus collegi caput. de quo scriptū est. cōstituit

cum dominus in caput nō in caudā. quod ceteris corpis
 membris auctoritate & iudicio precellit. idq; primitas
 loci ī ecclesia indicat. Habet deniq; decanus ī capitulo
 & collegio primam uocem. primas salutationes. primos
 recubitus. ¶ Sed iam audi huius dignitatis onera. huius
 status calamitates miseras defectus & picula. In p̄mis
 igitur fateor. grandis est huius status prerogatiua. Sed
 utinam tam bene huius dignitatis onera agnoscerētur:
 q̄ ipsa appetitur. Dicam uerius tam utiliter ei incūbentia
 implerētur: q̄ ab omnibus sciuntur. Gaudēt certe decani
 & prepositi de honoris excellētia. sed utinā dignitatem
 uirtus sequeretur. Virtus enim ut quidam ait sapiēs nō
 solet esse iactatrix aut sui miratrix: sed aliēi imitatrix.
 non de extrinseco honore: sed de conscientie onere co/
 gitat. si illud delectat: istud cruiat. Virtus non de se
 confidit. non arrogat. scit hoc esse tempus militie & la/
 boris. non delectatiōis. nō pompe. non faustus. Fateor
 dēiq; decāus collegi & capituli caput existit. Sed uide
 ne dignitas ip̄a qua tantopere delectaris: cōteret caput
 tuum. Sic age ne de te ecclesia dicat quod scriptum est.
 caput meū doleo. Videat decanus qui se collegi caput
 iactat. ne cereri de ip̄rouido capite capita sua moueāt.
 Cernat si eius facta ingerunt commotionem capitis in
 populis. q̄ omne caput languidū a pede usq; ad uerticē
 nō est ī eo sanitas. Caueat decanus ne sit illud caput de
 quo scriptum est. facti sunt hostes eius in caput eius.
 Auertat decanus ne caput serpentis sit. cetera membra
 nedum non uegetans sed inficiens. quia deus confringet
 capita draconum in aquis. Verendum est plurimum ne
 sint illa capita de qbus scriptū est. in uniuersis capitibus
 eius caluitiū. id ē deformitatis uicium. Decanus siq; dem
 si recte agat: ep̄o odiosus sit necesse est. adeo ut illius sit
 hostis: si collegi amicus eē cupit. Si uero a p̄sule amat:

a capitulo odiet. Pro eo. n. caput capituli ē cōstitutus: ut nonnūquam cupiditatibus aut episcopi insolentis resistat. qui p̄uilegia. q̄ libertates. qui bona. q̄ redditus ecclesie plerūq; usurpat. Ideo certe decanus caput ē: ut collapsa collegu erigat. sparsa colligat. recuperet pdita. deformia reformet. Caput tūc eē desinit: cū singuloꝝ de collegio crimīa palpat. ne eoꝝ fauores pdat. atq; ut eū eligāt: honorent & uenerant. Sed fateor labus hōrabūt non aīo. cor autē longe ē ab eis. Collegiū rursus regendū decanus suscipit. imo uerius ferā indomitā gubernandā. Parua. n. domus egre & difficulter regit. Magna collegia presertim sine sapientia aut uirute tanto reguntur difficilius: q̄to quot sūt singuli: tot singularibus ferunt op̄ionibus. Si igit decanus letat de honoris dignitate: metuat onera. metuat pericula. que tot sūt ut enarrari facile non possint. Quis. n. est decanus qui ep̄o non sit grauis & cōtumax. qn potius contra eū conspiret. qui in eius contemptum nō abstinet a diuinis. qui sigillat lrās sine capituli assensu. q̄ sibi cōia ecclesie appropriat. qui nō residētē agit ut percipiāt fructus licet nō fatientes seruitiū. qui grauāt subditos. qui eos nō defendūt. q̄ eos tolerant pro pecunia in peccatis. q̄ inhoneste incedunt. ihonestius uiuūt. Paucula huius dignitatis onera picula & afflictōes atq; defectus enarramus. q̄a ī sequētibus ecclesie officis & gradibus plurima adducemus. que merito eidem dignitati aptari possūt. Qui igit aures habet audiendi audiat. et inter tot p̄nculorum anfractus sit cautus. Facile. n. uitabit cruiatū: si uelit uitare reatū.

Cap. xiiii. de dignitate & p̄rogatiua officii archidiaconiꝝ. ac de hōre et ueneratiōe ei debitā. et de his que ad eum spectant. Demū de plurimis onenibus & afflictōibus. defectibus et periculis archidiaconoꝝ.

Archidiaconi dignitas non paruum in ecclesia
 militanti prerogatiuam: nec infimum honoris
 gradum habere dinoscitur. Ipse enim precipuus oculus
 episcopi dicitur. pro eo quod cuncta ad episcopum expec/
 tantia: uidere ac solerter prouidere tenetur. ueluti qui a
 canonicis uicarius est illius constitutus. Ad archidiaconum
 siquidem pre ceteris ecclesie gradibus pro singulari quadam
 excellentia examinare pertinet. ordinandos. idoneosque
 admittere. inabiles uero repellere. Qui ut canones aiunt
 prelati merito existit. quia post episcopum preeminetiam
 iurisdictionem & auctoritatem obinet. presertim co/
 heruam & contentiosam. Rursus illi corrigendi atque
 uisitandi non tam clerum quam populum fas est. Ipse deique
 presidere debet: cum archipresbiter eligitur. ipsumque instituit
 et pro meritis destituit: si contraria non extet consuetudo.
 Ipse tandem tante dignitatis est: ut coadiutor episcopi
 ecclesie principis recte dicatur. Sed & ad eum pertinet
 uacantes custodire ecclesias. Ex quibus prefate dignitatis
 eximius honor simul & utilitas: facile comprehenditur.
 Verum audi amara huius status: tu quod dulcia degustasti.
 atque in primis ea repete: que supra proxime attulimus.
 signanter in precedentibus capitulis. ubi de episcopis &
 clericis in genere egimus. Sed et illa hic inferere: que pau/
 loante de decanis diximus. Adde quia fateor archidiaconi
 apostolica sed & honoranda est dignitas: si tu ea dignus existis.
 non parua est preeminetia: si quos potestate regis uirtute
 preemines. Honoris est prerogatiua: si ceteros humilitate
 precellis. Quod si secus agis: utique experieris illud sapientis
 senatoris. quia dignitas ipsa parum uicem improbis reddit.
 que non tam a possidente deturpatur: quam ipsum deturpat.
 denique non parum eos cruciat ipsa assidua diraque ambi/
 entium crux. Quis enim est archidiaconus. qui non pre/
 positus aut decanus. ille episcopus aut archiepiscopus. ille

patriarcha. ille cardinalis. ille tãdem romanus pótifex
assumi non uelit? Quis archidiaconus preficitur: nisi ut
potentior aut ditior sit. et cõtra iustitie precepta preesse
querat: qui pdesse nescit? Et magne classis gubernacula
querat: qui paruam scafam dirigere non nouit? Taceo
intrinsicas eorum calamitates: qui plerũq; spem emunt
dignitatum. et ut qdam sapiens dicebat. uertigo ẽ oĩum
pessima: ut ad eam nunc currant certatim homines que
fugere iubent. ab usq; retrahi non uelint: que olim asp/
nari consueuerunt. quippe & debuerunt. Fateor rursus
archidiaconus oculus episcopi describitur. nonnunquã
tamen tales ipsi presules sunt talesq; eorũ oculi: ut alter
altero orbarẽ uellet. adeo ut episcopus de eis ipsis oculis
dicere cogatur: contenebrati sunt oculi mei. Et iterum
cum alio propheta. nihil respiciunt oculi mei nisi mala.
Quibus alius ppheta ait. dedit tibi dominus deficiẽtes
oculos. Et Hieremias. oculi eorum pleni sunt puluere:
qui aperti palpebris nihil uideant. quia oculos habent
& non uidebunt. Quis enim episcopus de his oculis gra/
tias agit: ut dicere ualeat nec elati sũt oculi mei. qui ita
episcopi sui negligentias suppleant: ut de eis dicat. im/
perfectum meum uiderũt oculi mei id est archidiaconi.
Hi certe sũt oculi de quibus ait propheta. ponã oculos
eorum super malũ & non super bonũ. Quid enim aliud
uident archidiaconi nisi munera? Conferunt beneficia
non meritorum sed pecuniarum cumulo. nõ uirtuti sed
sanguini: qui ad sacros ordines deordinandos ordinant.
implent iutilibus atq; ignanis mĩstris ecclesias: ut bursas
repleãt. Hi propter obsequia delicta nõ puniũt. arcas
non personas uisitant. nec ad lucrũ animarũ: sed questũ
& grauamẽ uisitandi officium uertũt. Hi res pauperum
paupibus nõ erogant. sese secularibus exhibẽt. qui con/
tempnunt presbiteros. qui principum curias sequũtur:

ut ad cathedram pestilentie pestilenter ascendant. Hi certe ut cū ppheta loquar: uiuificāt mortuos et mortificāt uiuituros. excōmunicant sine cognitiōe. absoluūt excommunicandos. Hi magis lauta conuiuia q̄ diuina sequunt̄: officia. Adde q̄a que ad eos p̄tinent negligūt. aliena uero usurpant. ac cum eorū tota pene iurisdictio ex consuetudine pendeat: contra episcopū prescribunt. in eius ordinariā messem: extraordinariā falcē mittūt. Taceo eorū pudicitiam que tanta est: ut subditos agat impudicos. qui facile maiorum imitantur exempla. Ad quos Hieremias in trenis ait. subtrahūt ministri domus dei a templo aurum & argentum. et erogāt illud in semetipsos. Et sequitur. dant autem ex illo prostitutis & meretrices ornāt. hi non liberantur ab erugine et tinea. Illos certe signat Malachias. recessistis inq̄t a uia uestra scandalisastis plurimos in lege: propterea dedi uos cōtemptibiles & humiles omnibus populis. Pauca certe ex multis huius officii calamitates et afflictiones. miserias defectus atq; pericula enarrauimus: cum lōge plura sint q̄ scribere libeat. que cū quis in eo cōstitutus ordine secum ip̄e considerat: nihil est cur non intus plurimum cruetur: cuius apertissimi sunt defectus & paucissimi profectus. Quare qui habet aures audiendi audiat. et in tantis periculis cōstitutus sit cautus. nō enim timebit supplitia: si studebit fugare uitia.

Cap. decimūquintū. de dignitate & p̄rogatiua officii cātoris & p̄miceri. et de hōre ac ueneratiōe ei debitis. et de his que ad eū pertinet. Demū de plurimis oneribus & calāitatibus defectibus et piculis cātoris.

Cantor siue p̄micerus singulari honore & dignitatis p̄rogatiua in ecclesia fungit̄. cuius misterū

No. sing
tat. q̄
cōt. no

ad celestes laudes: ad cultus diuini augmentú principa/
lius ordinat. Hic ut canonica tradit institutó: acolitof
et ceteros ecclesie inferiores gradus ac ministros ad diuina
dirigit officia canendi. legendi. hymnos & psalmodiam
preuidet atq; instruit. Sed et quidquid diuine laudis in
cómuni choro decantatur: per eum solícite preordinat.
psallendi ordinē: orandi modú ipse cómittit. negligētes
aut discolos punit. Et ut paucis agamus eius oneri in/
cumbit: ut diuina officia grauitē & ordinate altissimo
persoluantur. ut iuxta apostolum omnia scđm ordinē
fiant in ecclesia. Tanto igitur cantorís dignitas apud
deum dignior acceptiorq; est: quanto principalius ce/
lestibus laudibus occupatur. Nemo enim dubitat q̄tum
deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio. Hinc amico
dei Moysi pro specialí quadam excellentia dictum est.
elige ad iudicandum populum uiros qui oderunt auar/
ritiam. tu aut̄ insiste in his que ad deum sūt: ut laudes
et cerimonias offeras deo tuo. Sed et Isaias sup̄ cuncta
que í ecclesia dei geri presignabat modernis dei místris
ait. Tu inquit bene canta. frequenta cánticum. Et iterú
scriptura ait. uociferabuntur leuite: et ego exaudiā eos.
Verum heu heu dixerim cecidit corona de capite eorú.
et cantus illorum uersus est in luctum. quia carmen lu/
gubre in ore eorú. Cantores siquidem moderni í ecclesia
nec canūt deo laudes: nec ut alii eas persoluāt efficitūt.
Quos comminatur scriptura inquitens. non claudas ora
canentium: deo enim gratum est obsequium eorum. Hi
ex officio canere debent domino: qui bona tribuit sibi.
Hi nequaquā dicere possunt: exaltabuntur labia mea cū
cāta uero tibi. Quomodo. n. tacent qui cantare iubent?
Quibus propheta ait. psallite domino in uociferatione.
Cantant plerunq;: sed non cum grauitate & modestia.
Qui utinam ex eorú numero essent qui dicere possent:

in populo graui laudabo te. Non enim cantat domino
 qui ex corde nō psallit. cuius uie impie sunt & ad secu/
 laria debacantur. Quem et similes alius propheta signat
 inquit. uoces & uictime impiorū non placēt domino.
 Et iterum. Cantica eorum quasi panis lugentium. Et
 rursus alibi. Non psallebāt ad me in corde suo ministri
 altaris: sed ululabant in cubilibus suis. Quomodo enim
 ecclesie cantores septies in die laudem dicunt domino: q
 utinam semel chorū ingrederentur? Quippe uerecundū
 hodie putāt canere domīo: q cantores appellari gestiūt.
 Oppositū apponūt in obiecto & monstro simile temp/
 tant: cum cantores esse uolunt & cantare dedignantur.
 Non igitur canentes aut psallentes: sed potius silentes
 dicantur. quare nec ut canentes manducant: quippe ut
 silentes mendicent. Magna itaq; misteria. magna cala/
 mitas: sed et magnū punculū est id negligere quod sūt.
 et ita agere ne nomen consonet rebus. Canebant enim
 antiqui ecclesie ministri: sed diuerso calle. Nōnulli enī
 psallebant cū gaudio: quia suū persoluebāt misterium.
 quos rex & propheta signat inquit. exultate iusti in
 domino: qā rectos decet decantatio. Alii uero cantabāt
 domino corde & uoce. nec eos tenebat psallēdi fastidiū:
 quos delectabat pueniēdi desiderū. Sic canebat Dauid
 inquit. cātabiles erant iustificatiōes tue in omni tēpe.
 Hos certe cātōres laudat extollit & cōmendat ecclesia.
 non utiq; eos qui totū psallendi finē in uocis dulcedine
 collocāt. Qua de re sancti uiri & sapiētes. diuersas circa
 ecclesie cantū tulerē sententias. Athanasius. n. meditans
 cantilenas aīmos hoīm plerunq; inanes uanosq; efficere
 posse: cauēdum canendi usum ī ecclesia interdixit. Me/
 minerat enim sanctus uir canendi delectatōnem uanos
 nonnunq̄ gignere conceptus. memor multorū noīatorū
 principum. qui incredibilem curam uocis habuere. uelut

de Gato cesare legimus. Taceo de Nerone. qui ultima
uite sue hora prima inter querelas quas propiua mors
afferebat: illa fuit. non q̄ tantus princeps: sed q̄ tantus
musicus p̄iret. Verútamē beatissimus presul Ambrosius
pietatis appetens diuiniq; cultus auctor & institutor: ut
in ecclesia caneretur istituit. Aurelius uero Augustinus
utrúq; se passum ait. difficileq; negotiú iudicauit ut in
libro cōfessionú assentē. Adde que dicemus cū de canōcis
agemus. Qui igit̄ aures habet audiēdi audiat. ac si inter
tanta pericula constitutus secure incedere cupit: agat
iuxta precepta sui gradus: nec usq̄ erit ei finis prauus.

Capitulum decimúsexim de dignitate & honore
offitii thesaurarii uel custodis ecclesie. et de his que
ad eum pertinent. Demum de plurimis oneribus &
calamitatibus. afflictionibus defectibus. et periculis
illorum qui talia officia habent.

Thesaurarius siue custos precipua quadam pre/
rogatiua: ac honore p̄ eminentia in sacrosancta
ecclesia fulget. Illorú enim dignitati & officio basilicarum
primo incūbit custodia & tutio. hostiariorú institutio.
luminariú incensio & preparatio. Cura deniq; cōficiendi
conseruandiq; baptismatis dirigendi baptisterii. Vasorū
quoq; sanctoꝝ ac sacerdotalium uestium: necnō sacrarū
reliquiarum. et tandem totius ecclesie thesauri ad eum
p̄ncipaliter p̄tinet custodia. sed et inter ecclesie místros
pro modo obsequii & personarú differentias redditus &
oblaciones diuidit. Merito igitur sancta synodus idip̄m
dignitatis officium. ut unam ecclesie columnam summo
studio eligēdam honoriq; habēdam decreuit: ut nullus
in ea nisi sanctior & melior ordinetur. Sed ordo exigit
policitus. ut huius dignitatis onera afflictiones & picula

breuissime audiamus. In primis igitur sacriste siue thesaurarii ecclesie aut cuiusuis reipublice recte stomacho corporis naturalis cōparantur. Veluti enim stomachus recipit quippe & conseruat summa diligentia alimenta hūano corpori necessaria. que tamē refūdūt uirtualiter et effectualiter ī mēbra singula. nec aliter thesaurarius conseruat ecclesie thesauros. et sua dispositiōe expēsarū subsidia infūdunt aut in erariū ecclesie: aut ī singulorū necessitates principis aut cōmunitatis iussu. Et ueluti stomachus pestifer ē qui multa recipit. et recepta mīme refundit in membra pro eorum nutrīmēto: sic thesaurarius aut ecclesie custos multā ab ecclesia recipiens & non cōseruans: nec equaliter p̄ singulorū utilitate distribuēs: pestifer est. multosq; morbos ī corpore ecclesie generat. Et de talibus ait Hieremias. uentrem meum doleo. Et iterū Isaias. transgressorem ex uētre uocam te. Si uero fideliter conseruat. atq; pro membrorum & personarum ecclesie q̄litate & p̄sidentis dispositiōe utiliter distribuit: tanq̄ saluberrimus cōmendandus est. Hinc Policratus recitat fictā sed facetā ac utilem fabulā: de altercatōne et discordia iter membra & stomachum. eo q̄ ille deuorabat omnes labores eorum. Nam ut ait ecclesiasticus: omnis labor hominis in ore ipsius. tādē cū uenisset ad iuditiū coram ratōne que erat iudex: et ratio iudicasset membra nihil debere dare stomacho: ilico mēbra debilitata sunt. et tremores in cūctis membris aderant. quare eisdem membris conquerentibus: iterum ratio iudicauit: ut alimenta stomacho a membris ministrarentur. Quo facto membra refocillata sūt & pax cōfirmata ē. Et ob eam rem Policratus subdit. q̄ thesaurarii ecclesiarū & q̄ principū tenent eraria: non sibi sed cōmunitati et totius corporis reipublice coaceruare debent thesauros ipsos & ecclesie redditus. Si enim aut sibi tenaciter cōseruat aut

nimia largitate exinanitus fuerit: nihil habebit quod ministris & ecclesie membris distribuat. Sed iam specialius ad huius officii labores: difficultates incommoda atque pericula descendamus. Thesaurarii itaque siue custodis dignitas fateor perdulcis est. Idque eius nomen indicat ab auro dictum. nec mirum si nomen delectet: cuius rem mortales tam auide perquirimus. Delectatio certe nota: sed difficulta officia si recte gerantur. alioquin periculosa plurimum atque mortifera. Iocundum nomen: sed mestus effectus atque promptum periculum: si reddenda est aliquando de receptis ratio. Taceo de neglectu. cum scriptum sit maledictus homo qui agit opus domini desidiosus. Basilicarum igitur sacrorumque utensilium ac uniuersi ecclesie thesauri custodia. atque illi unipropudor tutio inuerecunde committitur: qui plerumque sui non rectam gerit custodiam. qui aut puer est aut minus ad id idoneus. nec satis notus. Et quod periculosius est: cui nec etas nec ingenium. nec mores nec industria ad parue domus custodiam satis sufficeret: matricis principalisque ecclesie templa non modo turribus munita: sed sacris pretiosisque localibus ditissima. illorumque conseruatio intrepide demadantur. Mira confidentia aut magna dementia. miranda facilitas aut stulta securitas. Vereor ne hi sint illi custodes: quos Daniel signat inquit. Custodes tui quasi locuste. Sed oro quo pacto luminaria in ecclesia accendent. ne lucas in domo dei desit splendor: qui semper obscuri existunt? Aut quomodo qui dormiunt in tenebris & umbra mortis alius lucebunt? Quomodo rursus sacra tuetur: qui profana intuetur? Quomodo reliquiarum sanctarum pretiosa pignora uenerabitur: qui titulum non uidit. nec eius auris audiuit. nec in cor ascendit de reliquiis & ueneratione sanctorum? Quomodo dominicum corpus reuerenter tenet: qui spurcatus adberet? Quomodo solerter prestabit exactam custodiam ceterarum

rerum spiritualium: cui assidua ē cura rerum seculariū?
 Adde cui sacrarium carcer est. altare exilium. Iubentur
 siquidem custodes ut in libris numerorū legit̄ excubare
 in custodia tabernaculi. q̄ppe custodiā contra custodiā
 diligentissime adhibere: sed hi ut alii filii Heli cōcubinas
 mittūt ad custodiam domus dei. Deniq; redditus ac ob/
 lationes thesaurarius recipit. quas utinam equa lance
 divideret. sed forte male dixerim. diuidūt inquā: sed nō
 ut apostoli pro ut unicuiq; opus est: sed habēti dant. et
 non habenti subtrahūt: id qđ habere debebat. nōnunq̄
 uero non seruienti: sed absenti tribuunt. Diuidit inq̄ a
 fratribus nō a se. sic partes distribuunt: ut totū reuineāt.
 expēsas graues defalcet: q̄ lucra sensit. nō parua damna
 suppotat: qui ultra sortem extorsit. et more proditoris
 dispēsatoris: sacrū de sacro eripit. atq; dignitatis emolu/
 mētū ī sacrilegiū uertit. Ex q̄bus huius offitii defectus
 calāitates & pericula facile cōspitēs. Si igit̄ aures habes
 audiēdi audias. et inter tot discrimīa & picula uersatus
 sis puidus. Tutus enī in hac uia gradieris: si quod ordo
 requirit sequeris.

Capitulum decimumseptimum de dignitate & pre/
 rogatiua offitii scolastici ī ecclesia. et de his que ad
 hoc officium spectant. Demū de plurimis oneribus
 afflictionibus & calamitatibus ac defectibus & pe/
 riculis scolasticorum.

Scolastici officium siue dignitas nō modo ho/
 noranda: sed summe necessaria in ecclesia fore
 dignoscitur. Vt enim ait Honorius in canone. scolariū
 magistri uelut stelle in perpetuas eternitates doctrine
 lumē infūdunt. Hos merito ecclesia honorat atq; pre/
 bēdis atq; redditibus nō modo premiat: sed ditat. ut in
 unaquaq; cathedrali ecclesia clericos & ceteros scolares

pauperes gratis instruane. Quare illis ea de re tā opulēter
prouidet: ut et docētis releuetur necessitas: et uia pateat
discipulis ad doctrinam. Sed huius officii calamitas
defectus afflictio & periculū breui audire libet. Atq; in
primis scolasticus qui a sapiētie scola nomē trahit: neq̄q̄
ut puto. tam faustuofo noīe oblectareē: si uera sapiētia
fulgeret. ut enī inquit laureatus poeta: nōn eget titulis
sapiētia solida per seipm clara ē. Quis lucernā ut uide /
at soli adhibet? Plurimi scolastici doctoris aut magistri
dignitate insigniti: cū his titulis obscuro & absq; illis cla/
rissimi euasere. Sed uerū est: q̄a hodie mortales titulos
querunt non rem. laudem petunt. premium certe inane
exiguum atq; sordidum. Que res egētis ingenu signum
est: quia umbris gloriari ac opinione non ueritate duci
uolunt. Rursus necesse ē illud noscat q̄ scolastica digni/
tatem assumit: q̄a docendi nō lasciuiēdi nomē assumit:
Docere. n. eū oportet nō nuda literarū instrumenta: sed
morum preclara documēta. ut quod docet in se tenēat.
Sed pehdolor assumūtur q̄dem scolastica in hac tēporis
tempestate ad huiusmodi ecclesie officium: ut honoris
assequantur dignitatem: licet nullam scientie habeant
facultatem. Appellantur quod non sunt. nec unq̄ didi/
cerunt: quod docere contēdunt. et quod uerecūdius dicā
& periculosius est. qui nusq̄ scolaf uiderūt: scolaf regere
profitentur. Magistri uocantur: qui nondum fuerunt
discipuli. aut si uelis magistri sunt erroris: q̄ nunq̄ fuerūt
discipuli ueritatis. peritiam docendi pollicētur: qui apte
ignorantiam confitentē. facundiam dicendi hoc officium
exigit: qui barbarismis utūtur. Subtilitatē deniq; sacras
interpretādi scripturas ea dignitas exquirat: qui utinam
simplicē intelligerēt literā. Magna certe miseria. magna
est magistri cōfusio: id ignorare quod uocari delectat.
ut recte ei apostolus dicat. qui alium docet: seipm non

doceat. Hos qdem ignorantie preceptores monet sapiens
 cū ait. anteq̄ loquaris & doceas: discite audiendo. Quid. n.
 tam turpe q̄ profiteri artem quā non nouit? Et in eam
 cōmittere que eum decorat? Taceo eorum mores omni
 sane doctrine aduersos. cum dicat Boetius uas putridum
 corrūpit aquas. et omīs doctrina uilescit ex ignomiōsa
 uita docentis. Sed utinam quod per se non ualent: per
 doctos probosq; uiros explerent. Sed uerū est quia hoc
 habet omnis ignorans: ut tales ceteros appetat doctosq;
 persequatur. quia nō facile per ceteros explet: quod ipse
 odet. Qui igit̄ habet aures audiendi audiat. atq; inter
 tot calamitatū & defectuū picula cōstitutus sit cautus.
 qa nulla ei nocebit aduersitas: si nulla domiat iniquitas.

Capitulum decimū octauū de p̄minentia & utilitate
offitii archipresbiteri. et quante sit ueneratōnis. et
de his que ei competunt. Demum de plurimis one-
ribus & afflictōibus. defectibus & promptis piculis
archipresbiteroꝝ.

Archipresbiter nō paruū honoris & prerogatiue
 gradum in dei ecclesia obtinet. Hic enim maior
 presbiteroꝝ dicit̄: quia illis preest. et ī eos iurisdictionē
 et coercionē exercet. cui uisitatio. ut sacri habēt canones
 aliquando personarum: regulariter uero ecclesiarum ac
 fabrice competit. Sed et qua deuotione: quo ue ordine
 baptismi ceteraq; a presbitens conferantur sacramenta:
 cura ei pertinet. Hic ex singulari prerogatiua absente
 ep̄o missas solennes ī ciuitatibus celebrat. sacerdotesq; ad
 missas et diuina offitia decantāda deputat. Hic largo
 nomine prelatus licet ruralis nuncupatur. magna certe
 dignitas: cui magna cōmittuntur. Verū quanta sit huius
 offitii & status calamitas. quāta afflictio. q̄cum piculū:
 ex eo cōspicere libet. quia ipse archipresbiter qui maior

presbiteris nominatur nomen solum retinet: rem autem
ip̄am diu perdidit. atq; utinā ceteris presbiteris nō mīor
esset uita & idoneitate: ip̄e qui gaudet noī s̄ maioritate.
Maiores sunt ut potestatem exerceant. non quidem in
rectitudīe & hūilitate: sed ī rapinis superbia et abusiōe.
sacrum est archipresbiteri nomē: sed exercens p̄fanus.
clarus titulus obscura res. Magna certe calamitas est ex
dulci fauo amaritudinē fūdere. Visitat archipresbiter:
qui plerūq; uisitandus esset. corrigere contendit: qui ad
uitia tendit. ecclesias uisitat: ut eas spoliēt nō ut ornet.
fabrice curam gerit: sed domus sue nō murorum templi.
Hi sunt quos p̄pheta cōmemorat. suscitabo pastore qui
delicta nō uisitet. Adde q̄a si uisitant nō q̄dem in uirga
iniquitates subditorū. aut in uerbenus peccata eorū: nec
ea uisitatione qua scriptū est. requirā oues meas: et uisi/
tabo eas sicut pastor uisitat oues suas: sed uisitat bursas.
palpant delicta q̄ merito audient: uos disperdistis gregē.
deiecistis eos & nō uisitastis. quod crassum est cōmedistis.
q̄ infirmū nō uisitastis. quare inq̄t propheta. uisitabo
p̄uaricatōnes syon. Et iterū. uisitabo sup uiros defixos
fecibus uoluptatis uidelicet & auaritie. Qui igit̄ habet
aures audiendi audiat. et in tantis periculis cōstitutus sit
cautus. agat iuxta eius offitō incubentia: uitabit cūcta
discrimina nocentia.

Capitulum. xix. de prerogatiua & magna utilitate
offitii canonicoꝝ. et q̄ti sit honoris & reputatiōis.
et qd̄ eis cōgruat. Demū de innumeris huius status
oneribus & afflictionibus defectibus et periculis.

Canonicus sicut honestum habet nomē: sic salu/
berrimū in ecclesia ministerium gerit. dictus est
enim a canone uel regula que cūcta ordinat & dirigit.
Canonici itaq; regulati et disciplinati dicuntur. quippe

qui sua electione regulatōne ac dispositione episcopus
 eligē. q̄ ē uertex & norma cuiuslibet ecclesie. q̄ et sc̄dm
 sacros canones cūctoꝝ est p̄ordinator. Nec ab re sancti
 patres canonicos cōsiliarios episcopi fore decreuerūt. q̄re
 in corpore reipublice cordi recte cōparant. Nā ueluti a
 corde ī corpore naturali ē uita & regimē: sic a canonicis
 ep̄m eligentibus et ei consulentibus: regimē & oīm pene
 in ecclesia agendoꝝ regimen & directio p̄cedit. Que res
 agit ut nō parua sit canonicōꝝ honori & tituli p̄rogat
 uua. q̄ primū in ecclesia gradum eligūt simul & dirigūt.
 q̄re huiusmodi status & uite forma non mō honori: sed
 et emolumētū in dei ecclesia plurimū habet. Demum hic
 uiuendi modus tranquillus atq; securus admodū est: nullā
 cure aīaꝝ sarcinā habens. quo fit ut mīor doctrine atq;
 etatis idoneitas eis sufficere uideat̄. Adde quia libertatis
 obtinet satis. nec ad sacros artatur ordies. q̄ppe q̄bus ad
 seculū redire & sub s̄cto uiuere matrimonio libet. Verū
 huius uite miseras crutiatas & defectus. calamitates ac
 pericula tu ip̄e audi: qui tā libenter huius status dultia
 auscultasti. In primis itaq; canonicus qui ut ais nomē a
 regula traxit: an sub regula uiuat oro cōsidera. atq; hic
 repete que supra de ep̄is & ceteris clericis in cōi diximus
 .xii. huius libri capitulo. Demū quo pacto canonicus a
 regula dicat̄ ignoro: q̄ canōice & sub regula nō uiuit. q̄
 ut cetera taceā sc̄dm regulas canonum: plures prebēdas
 obtinēt. et unus ip̄e plurimorum forsan meliorum loca
 occupat. q̄ppe cū nō satis ut unus seruiat: damnabiliter
 multoꝝ seruitia itercipit. Demū q̄to liberes sūt cano
 nici: tāto licentius ī plurima debacāt uitia. nec una uni
 sufficiat muliercula: nisi retentā in domo hēat ut uxore.
 cōcubinas uero et adolescētulas quarū non ē numerus.
 Sed & quomō sub regula uiuāt nō uideo: qui ep̄is non
 obediūt. resistūt. sepeq; in eos cōspirant. armaq; mouēt.

atq; ne iuste ab ecclesie principibus puniantur: iniuste se
principibus seculi federant. sed & famulantur. Et ut paucis
agam. in tribus locis canonici uersatur officium: in altari
uidelicet. in choro. ac in capitulo. In altari inquam reuerentia
exquirunt. In choro honestas & diuino deuota decantatio.
In capitulo morum correctio. ac agendorum unitas &
utilitas. pro his canonici in altari irreuerentiam uindicant. in
choro dissolutionem. in capitulo lites. ¶ Ad altare inquam
irreuerenter accedunt. quod ut ait Hugo licet ablutis mani-
bus. lota facie. a libis uestibus appropinquet: tamen pueris
opere. polluto ore. immundo corde: christi corpus. sacra uasa
pingere non erubescunt. Denique ad altare accedit elatus
ad humilem. iratus ad mitem. crudelis ad clementem. Accedit
seruus ad dominum non caritatis superne amore: sed predicti
temporalis stipendii timore. non deuotione: sed coactione.
Accedit rursus turbatus ab aliquo: aut alios turbans.
Accedit inquam canonicus ad altare uanus curiosus uolup-
tati subditus. Accedit ad mensam christi: non nisi aliquid
temporaliter accepturus. sed uerum est quia accessit ad
Ihesum Petrus: tamen accessit & Iudas. Sed quo pacto
deuote accedent: quod legem domini nec sciunt nec discunt.
Vacant. non otio & comessationibus. non libris: non contem-
plationi: non utili actioni studet. terrenis inhiant. temporalia
sapunt. assidui in plateis. in ecclesia rari. tardi ad predicandum.
parati ad leporis uestigia inuestigandum. uelocius ad
congregandos canes: quam ad alendos pauperes. plures illis ad
mensam seruiunt: ad missam nullus. Cibus eorum calice pretiosior.
equus missali carior. cappa eorum casula pulchrior. camisia
delicatiores alba. Non igitur eorum sacrificium deus placat: sed
indignatur. quia scriptum est oratio iusti impingat altare.
deprecatio impii non liberabit eum. Et iterum. spreuit dominus
altare suum propter iniquitatem ministrantium. ¶ Rursus
quodliter in choro uersentur discutiendum est. ubi tanto deteriores

Notandum est quod...

in honestioresq; canonici degūt: quāto honestiores esse
 deberēt. ubi mente uagi. attoniti oculis. hītuq; dissoluti.
 p̄spitiūt p̄ cācellos nō paup̄culas: sed mulierculas. aliud
 cantant. aliud cogitant. In choro sunt corpore. in foro
 sūt mēte. mane in theatro. sero ī ecclesia. ibiq; nūc intus
 nūc foris exeūt inquieti. psalmoz̄ uerba nō pronūtiāt:
 q̄bus cātare pudori existimāt. q̄ si uerba aliquādo pro/
 ferunt: eoꝝ sensum nō attendūt. nescientes illud Grego.
 quia uox psalmodie cū ex cordis deuotione agit: deo p̄
 intentionē mentis cōiungit. Alii cantant: sed nō q̄ libri
 habeāt. cantant ut placeant populo magis q̄ deo. tanta
 q̄busdam ē leuitas uocis: q̄ta & mētis. frangit uocem qui
 nō frangit uoluntatē. seruat cōsonantiā uocū nō moꝝ.
 q̄bus ait Grego. quid p̄dest dulcedo uocis: si adest aspe/
 ritas mētis. Tandē cantant non cū Dauid iuxta arcam
 domini: sed ī palatio cū herodiade ut placeat discipen/
 tibus. Merito igitur chorus eorum non exultationis: sed
 deploratiōis effectus est. ut dicere cogātur cū Hieremia
 uersus est inquit in luctū chorus noster. Sed quid hec?
 Vereor ne uerū sit canōicos nostri tēporis fructus non
 facere suos. cū plurimi chorum nō essent ingressuri: nisi
 aliqd extorquerēt. Alii unice interessentes hore: totius
 diei emolumēta rapiūt. Alii sterilibus offitiis sterile ex/
 hibent obsequium. pinguiora uero offitia frequentant.
 Alii falso infirmantur: ut distributiones percipiāt. et in
 domibus delitecāt. Alii ut ita dixerim īfortunata hora
 qua intersunt non diuinor̄ decantatiōi: sed secularium
 negotiatiōi. nec diuinis offitiis: sed hūanis cōmertus. nec
 orationi: sed uane confabulatiōni uacant. **D**eniq; ad
 capitulū canōici accedūt sed ut litigēt. ut p̄ch dolor ubi
 litigia sopiri deberent: ibi nascantē. ibi culpa augeat: ubi
 deleri debuit. ibi discordias gignūt. partes cōstituūt. et ut
 paucis agam. quotiēs canōicus capitulū ingrediē: totiēs

domū piurus redit. prece. n. aut pretio odio fauore aut
timore longe aliud cōsultat: q̄ aut cōscientia aut ecclesie
utilitas exposcūt. ibi non modesta discussio: sed clamo/
rosa confusio. fitq; capitulū officina discordie: cum esse
debut mater cōcordie. Congregantē nō ut se corrigant:
sed detrahāt. nec fit de aīabus sermo: sed ip̄i loquunt de
extrinsecis. ducūt ad capitulū oues & boues. Et ut pau/
cis concludam. ibi nec Maria locum habet: nec Martha
cōpescit. q̄a nec bona actio uentilat: nec Marie silentiū
custodit. Taceo de electiōe ep̄orū. in qua caro & sāguis
ac māmona iniquitatis longe plus possunt q̄ ordo iustitie
& unitatis. Cū uero capitulū canonicos creat aut cetera
confert beneficia non ad merita: sed ad uolita dirigunt
uota sua. nec ad lōgiora obsega: sed pp̄ingora trahunt
cōmercia. Veluti unus ex sanctis ecclesie doctoribus nō
tam elegāter q̄ facete ī ecclesia argētina accidisse refert.
In ea. n. cū de cōferendis certis in ea ecclesia uacantibus
prebēdis nō parum discordarēt. altero nepotē puerum:
altero filiū: altero ignobilem fratrem noiāntibus. Quidā
romanus inibi canonicus asellū qui plus q̄. xx. annis ei
seruierat noiāuit. asserēs in cōscientia: q̄a p̄pter diuturna
seruitia que asinus ecclesie fecerat: dignior cū cōs noīatis
erat. Quis igit̄ ea omīa recolens iocūdus tranquillus aut
sēcurus esse pōt? Et ut inqt Bernar. quis in tantis piculis
cōstitutus ac tātis bonis destitutus: nō intra urgetur. nō
uritē nō crutiatur? Qui igit̄ habet aures audiēdi audiat.
et inter tot miseras laqueos & picula sit cautus. uiuatq;
sub regula qui a regula nomen accepit. Non. n. timebit
eterna supplicia: si studebit uitare seculi uitia.

Capit. xx. de preeminentia necessitate & utilitate
offitii sacerdotum curatorū. rectorum curam ani-
marum habentiū. Demū de plurimis huius status
laboribus. et calamitatibus defectibus & periculis.

Rectoris curatiq; sacerdotis eximia est dignitas atq; pernecessariū. saluberrimūq; ministerium. Habet enim in primis illū familiarissimū atq; salutiferū ad ueri corporis xpi accessū assiduū: in quo est redēptō uita & salus nostra. Demū quāti honoris & emolumētū tēporalis hoc ecclesie officitū existat: beatus Augustinus patenter insinuat. Nā illud apostoli exponens. p̄sbi/teri qui bene presunt duplici honore digni habentur. sic ait. presbiteri q; bene presunt uita & doct̄ia: digni certe habentur a subditis duplici honore. scilicet ut spūaliter eis obediant. & exteriora bona ministrent. Nec solum honore sublimi premiari debent: sed & terrieno. ut non cōtristent̄ indigentia sumptuū temporalīū. & gaudeāt obedientia spiritualīū. Demum ex eo rectoris & curati dignitas honor & utilitas cōprehēdit̄. quoniā ut inquit Gregor. Nazanzenus. spūale ē eius officitū: mediatorē esse populi apud deū. Vnde Rabānus. non q̄lisicunq; dignitas sacerdotum est. Huic enim sorte datum est: ut mediator sit inter deū & hominē. ut p. eos genus hūanū creatori recōciliēt̄. Adde. hic pro populo orat. hic sordes eius abluit. hic uice christi peccata condonat. hic clauē regni celorū penitentibus aperit. hic baptismū quo xpi nomine censetur & ei coniungimur. cetera q; ministrat saluberrima sacramenta. ut merito de illo dici possit qđ scriptum est. quia ipse comedit peccata populorum.

Sed superest ut huius officitū calamitates. afflictiones. defectus & pericula succincte narremus. quorū plurīa in. xii. huius secundi libri capitulo diseruimus. cum in cōmuni clericorum omnīū miseria. onera et labores tetigimus. sed & illis nō nulla addēda sunt. que iesse ceteris ecclesiasticis officitū diximus. presertim cum de canonicis egimus. Parua tamen ex multis singularius eis congruentia afferemus. ut unusquisq; nisi mente.

obsecutus existat: facile huius uite formule calamitates
& pericula conspiciet. Fateor igitur summa est dignitas.
summus honor curam animarum habere. quod ex eo facile
cōspicitur. quoniā sūma est honoris prerogatiua corporis.
rerūq; quibus non parā anime prestant regimen gerere.
Sed oro consideret rector quilibet ipse debeat esse. q̄ ceteros
regendos imo corrigēdos suscipit. qđ tāto est piculosius:
quanto pauci sese corrigāt. Attendat curatus uires suas
qui animarū sarcinā sup̄ humeros portat. Non. n. teste
Crisostimo dignitas. non officium facit sacerdotem: sed
sacerdos officium. nec locus sanctificat hominē: sed homo
locū. Ideo subdit. quia malus sacerdos aut rector de suo
ministerio crimen acquirit: non dignitatē. qui enī alios
purgandi curam suscipit: alius sanctior purgatorq; eē
debet. Vnde idē Crisostimus magna est cōfusio. magnū
periculū sacerdotum: quando laici inueniunt̄ fideliores
eis atq; iustiores. Quomodo autē non erit cōfusio. illos
esse inferiores subditis: quos etiā equales esse confusio ē?
Sed inter cetera ī eo sacerdotū curatoꝝ imminēs piculū
uerfatur. q̄a nō modo sua: sed ut ait Ysidorus populoz
iniquitate damnant̄. si eos aut ignorantēs nō erudiunt.
aut peccantes nō corrigunt. quod & beatus Gregorius
testatur. ait enim quia sacerdos causa est ruine populi.
Quis enim se pro populi peccatis intercessor obinet: si
sacerdotes qui eam curam habent grauiora cōmittant?
Quare merito grauissimo sup̄litio sunt destinati. sūt enī
codē teste Gregono. ueluti aqua sacri baptismatis. que
peccata baptizatoꝝ diluēs: illos ad regnū celoꝝ mictit.
& ipsa in cloacam descendit. Qui enim aliorum delicta ī
se suscipiunt: nō tam suā q̄ aliorū uitā inspicere debent.
quia quorum sudoribus uiuūt. quorum sanguine laute
pascunt̄: dignū est ut eoz̄ culpis plectātur. Hinc idem
Gregorius. qui de oblatiōibus fidelū uiuūt. quas illi p

peccatis suis obrulerunt. si comedūt & tacent: eorum
 pculdubio peccata manducant. Quare non tam rec/
 torum dignitas extollenda est. q̄ illorum pnculum
 dēplorādū. quod Bernardus. summis eiulatibus laci/
 matur ingens. Egressa est iniquitas a sacerdotibus tuis
 domine. qui uidentur regere populum tuū. non ē iam
 differētia. ut populus. sic et sacerdos. Heu heu domine
 deus quia ipsi sunt in persecutione tua primi q̄ uident
 in ecclesia tua populū regere. Quis. n. animarū rector
 intus non affliget: cū sciat curam subditorū suo peri/
 culo suscepisse? De quo scribit sapiēs. defixi sei extra/
 neū manū tuā illaqueatus ex uerbis oris tui. Quis est
 curatus aut rector qui infirmetur cū infirmo subdito?
 Quis cum scandalizato urit? Quis optat fieri p̄ fratre
 anathema & subdito? Quis ponit animam suam pro
 subditis? Quis curatus est samaritāus: q̄ ligat uulnera
 subditi? Quis facit secū misericordiā? Quis ducit eum
 in stabulum ecclesiā dei? Quis reddit que ultra ei ne/
 cessaria sūt. qui utinam uite necessaria non auferret?
 Quis curatus hodie est alter Ioseph qui frumenta in
 egipto diuidat. cum sint p̄mptuaria eorū plena? Quis
 liberat pauperē a potēte: & inopē cui nō est adiutor?
 Quis rector p̄ hodie merētū cōsolatorū? Quis ut alter
 Iob de uelleribus ouīū suarum imo ecclesie calefacit
 pauperes? Quis uiatoribus hostia apit? Quis curatoꝝ
 dicere poterit cū Moysē. tu scis bene quia nec asellū
 nec quid aliud acceperim ab eis nec quēq̄ afflixi? Quis
 cū Samuele audaci aīo dicet subditis. Loquimini
 coram domino & coram xp̄o eius: utrū bouē cuiusq̄
 tulerim aut asinū. si quēpiā calumniatus sū. si opp̄si
 aliquē. si de manu cuiusq̄ mūus accepi illudq; restitua
 uobis? Quis cū Ambrosio uasa sua cōflat: & dat captis
 & pauperibus? Quis cum Paulino nolēn ep̄o ut inq̄r

Gregorius p̄ redimendo filio parrochiane uidue. mitrã
& baculum & indumenta p̄tificialia uendit? Sed certe
tam mutatus est color optimus. & dispersi sunt lapides
sanctuarii. qui merito sunt ecclesiarũ rectores q̄ dispersi
sunt. non solum in plateis: sed in capite platearũ. quia
publice honorari uolunt de imagine sanctitatis. ī q̄bus
non est uirtutis existẽtia nec ueritatis. Sunt enim fer/
mento phariseorum q̄d̄ est ypocrisis saginati. qui mesto
uultu cum fletu ad altaria cõmuni uirtutũ accedunt. in
q̄bus spiritus sanctus non habitat. qui ut inquit sc̄ptura
effugiet fictum. merito repellit eum dominus & munera
eius. q̄a nõ uero corde accedũt. Quos pulere Malachias
signat. openebatis iquit lacrimis altare domini. & fletu
& mugitu gemebatis. ut uos populus sacrificaret. Et ut
paucis multa pertingã. solum eis curati & rectoris nomẽ
relictũ est. cura ipsa atq; regimẽ perit. Deficit eis pietas.
mansit auctoritas. qui galili erant: castrati effecti sunt.
canes nõ ualẽtes latrare. rectores plebiũ uacce samarie
sunt. & ditati non mugunt. nec uia regia gradiuntur.
Hi ut dicit Bernardus. nõ tam facile optarent honores:
si cure cõsiderarent labores. Nec modo. ea que diximus
pericula rectores & sacerdotes comitant: sed alia contra
ordinis & offitii sui naturam damnabiliter amplectũt.
sunt enim infidi & inobedientes superioribus quibus in/
uidẽt & detrahũt. Rursus nouũ curati faciũt cõmictũt.
Non enim contentantur ceteris rectoribus uiuos: sed
mortuos subtrahere parrochianos. procurant enim sibi
in testamentis aliquid relinqui. Taceo q̄ sacramentum
penitentie ministrantes in ipsum sacramentum com/
mictunt. Imponunt enim penitentibus missas. quas ipsi
pecunia se celebraturos pollicentur. penitencias nõ dis/
cretas imponunt. nulli sunt illis casus reseruati. certatim
omnes de oĩbus absoluũt. missas & cetera eis incũbentia

p̄ defunctis onera nō p̄soluūt. celebrant nō recōciliati.
 uocati confessiones non audiunt. plerunq; sine sacra/
 mentis subditi eorū negligentia moriūtur. admittūt
 excomunicatos ad diuina. non predicant populo: sed
 a populo predicantur. Quo enim pacto predicabunt:
 qui literis operam non dederūt? Aut quomodo alios
 docebit: quem nullus docuit? Sed uerum est illud Ce/
 lestini in quadam epistola quod ante Hieronimus
 dixerat. q̄a abiectissime artes addiscunt. solū sacerdotiū
 uilius est quod arte sumit. q̄ addiscitur. uilius querit
 q̄ cognoscit. facilius tribuit: cū tamē difficilius imple/
 atur. Deniq; rectores animarū facti sunt corporū suorū
 crassatores. impinguati enī dilatati & icrassati. bucal.
 rubentes habentes. diuersis epulis sagiari facile ut iqr
 Hieronimus spumant in libidines. Sed quid tam p/
 functorie loq̄mur de uinolētia. de crapula. ac ceteris
 gule irritamentis. sacerdotū & alicrū qui ecclesiastico
 nomine censentur? Qui aiunt comedamus & bibamus
 & monamur. qui uiuūt ut comedāt. quorū deus ueter
 est. qui a uentri uacant. & ad uentrem ut ad eorū sū mā
 felicitatem & finem cūcta ordinant. nec eis satil ē uti
 cibis qui in ea qua degūt patria nascuntur: sed deū et
 naturā emendant. Nā. ultramarinis & forēlibus uinis
 ac cum magnis impensis adductis ferculis saginantur.
 quibus non una sufficit prouintia. diuersitate uinorū.
 letantur. non cōsiderantes. quia unius uini potus pa/
 triarcham Noe per sexcentos annos sobriū: temulētū
 fecit. & ut Hieronimus in quadam epistola ait. Loth
 per ebrietatem insciēs libidini miscuit incestum. & qđ
 dictu mirabile est. quē sodomā nō uicē: uina uicerūt.
 Sacerdotibus enim lex prohibet uini usū: sed & ceteris
 qui presunt ne obliuiscantur iudiciorū dei. modernis
 uero sacerdotibus & ecclesie ministris longe magis mera

abhorrenda forent quibus dignitas honorabilior est. & opatio sanctior quos uinolētia ac ipsa exq̄sita epularū & uerfationem deturpant. & postremo ceteris lasciuendi causam prēbēt. Feste enī Grego. cū maiores uoluptati deseruiunt. nimirum minoribus lasciuie frenā laxatur. Taceo commemorari dilectam ab eis philargiam id est amorem pecunie. plunni certe eorum aurū sicut aurū bibūt. ut cōseruēt carni & sanguini. Rectores moderni non pastores. sed raptōres. ouīū tonsores. nō ad uindicta pascua ductores. non piscatores. sed negotiatores. non dispensatores bonorum crucifixi. sed uoratores. sic sua falso querunt. ut que uera sua sunt perdant. p̄ pecunias celebrant. corpus x̄pi uendunt cū Iudā. p̄ mammona iniquitatis sacramenta ministrant. Vereor satis an rem sacramenti cōferant. sacra emūt. sacra uendūt. sed gratiā non infundunt quā non habent. aiunt nihil accipimus gratis. nil dāmus gratis. dicentes quod comparauimus uendimus. q̄a mercatores parati sūt uendere que carius ipsi emerūt. sed his lucrū est i bursa. damnū i cōscientia. nulla in eis grauitas. & ut ait canō nihil in eis defendit industria. Sed audi c̄acerbe eos cōminat ecclesia quam offendūt. ipsa enī clamās ad sponsum ait. duplici cōtritoē cōtere eos domine deus noster. q̄a tanta rapacitas. tanta proteruitas. tanta segnities. duplici eos pena conterit. aīma & corpore. cū hic egere & in labore tūtili uiuere. & bonis suis gaudere non sinit. tandem gebe nnam usq; perducit. Qui ergo aures habet audiendi audiat & iñter tot pericula positus. uitam querat. securitatis. qui tā p̄pinquus est discrimini tempestatis. narrata pericula nō pauebit. si curam subdito & digne tenebit. Paucula certe de cunctis ecclesiastica status dignitatibus officiis & ordinibus enarrauimus. dulcia pariter & amara tangentes.

Quare iam fatiemus finem. quia finis non esset: si q̄l conaretur plene narrare cunctas miseras & labores. aculeos & pericula huius status uidelicet pontificalis & sacerdotalis. Verūtamen ne quis ista legēs ex tāta multitudine laborū & prouitate periculorum statum ecclesiasticum perfectum & dignū. aut reprobet aut damnet: itelligat s̄ae p̄dicta uera esse de illis episcopis & clericis. qui male negligenter & perfunctorie curam pastoraalem gerunt quibus p̄dicta & maiora picula parata sunt. Si tamē digne administrant: eo maiora glorie premia habent destinata. Et hoc est q̄d paucis uerbis dicit Augustinus. quia nihil periculosius. aut damnabilius ī hoc seculo episcopi & presbiteri offitō: si perfunctorie agatur: sicut nec beatus & deo acceptus: q̄ si eo mō militetur quo Imperator noster iubet. Itaq; non est periculū in statu: sed abutētibus statu. nec est reprobatio in dignitate: sed in deturpantibus dignitatē. in q̄ nimis si sit multitudo laborū: ubi est excellentia honorum & premiorum.

Capitulū. xxi. de secundo statu spūali uidelicet religiosorum. & de motiuis & auctoritatibus ad probandū statum ecclesiastici ordinis simpliciter preferendum esse statui religionis. & p̄ cōsequē ecclesiasticum ordinem esse preellegendum.

Superest agere de secūdo statu spūali uidelicet religiosorum. & primo adducuntur rationes & motiua ad probandū statum ecclesiasticū simpliciter preferendū cē statui religionis. & p̄ consequens uidet. q̄ episcopi & ministri ecclesie in dignitate & p̄fectiōe status sint religiosi preferēdi. Primo enim illud apte probare uidet Hierōnimus. Nā & ad rusticū mō achū

sic inquit. uide in monasterio: ut clericus esse merearis.
Et iterum alius sapiens: uix bonus monachus mediocrē
clericum facit. Et iterum ad Heliodorum. alia est causa
clerici: alia monachi. Clerici oues pascunt: ego pascor.
illi de altari uiuunt: ~~et~~ illi securis quasi ad radicem ar/
boris infructuose ponit: si munus ad altare nō offero.
Et iterum mihi ante presbiterum sedere nō licet. Illi
si peccauero licet me tradere sathane. Vides ergo di/
gnitatem: & excellentiam clericorum super mōasticā
uitā. Deniq; quis dubitat bonū publicū preferendum
esse priuato? Constat autē clericorū & prelatoꝝ uitā
magis populo fructuosam fore q̄ religiosorum ut enī
dicit Gregorius. nullum deo magis acceptabile ē sa/
crificiū: q̄ zelus aīarū. Clerici ergo cū magis fructificēt
merito ergo eoꝝ status monastice uite preferēdus est.
qui proprie dumtaxat saluti intendit. Demum nemo
hesitat: quin Helyas longe perfectior fuerit quocūq;
monastico uiro. qđ ex eo maxime cōstat. quia xp̄us
Iohannem quo inter natos mulierum alius non fuit
maior in perfectione eum inducit. dicens in euāgelio
Luce ipse p̄bit ante illū in spiritu & uirtute Helye.
Et iterum in Matheo dicit. si uultis scire: ipse ē Helyas.
Sup̄ quo uerbo Crisostimus pulcre ad p̄positū loquē.
si talem aliquando mihi adducas monachū: qualis ut
exaggerationem dicam Helyas fuit: non tamen illi
comparādus est. q̄ traditus populis & multoꝝ peccata
ferre cōpulsus: immobilis perseverauerit & fortis. Hi
autem sunt ecclesiastici & prelati: qui populorū saluti
cōtinuo student. Sed nec illud obmīctendū ē. quoniā
cui amplius cōmīctitur: ille magis meretur. si bene mi/
nistrat: q̄ ille cui minus cōmissum est. Constat tamen
q̄ uiris ecclesiasticis & prelati amplius ē cōmissum: q̄
mōasticis uiris. Accedit quoniā p̄fectio seu sublimitas

114. 131
alicuius status nō acquirē sine caritate. Iuxta illud.
si habuero omnē sciētā & fidē. ita ut mōtes trāfferā:
caritatem autem nō habeā: nihil sū. Cōstat tamē ca/
ritatē proximoz magis inesse clericorū statui: ppter
animaz curam quā habēt. Preterea si meritū utriusq;
status considerare libet: illud uerissimū est. quoniam
meritum hominis consistit in liberando innocentes de
manibus fortiorum & tyrannorū. in quorū persona
dicebat Iob. conterebā malos ab iniquo. & de dēibus
illius auferebam predam. Quod magis fit per statum
clericorū & p̄latorū: q̄ monachoz. Vnde Hierōimus
ad Paulinū ait. q̄ sācta simplicitas solū sibi p̄dest. Et
quāto plus edificat ecclesiā dei ex uite merito: tanto
plus nocet si cōtradictibus nō resistit. Demū magni/
tudo meriti cōsistit ī magnitudine conatus. ad uicēdū
magnam promptitudinē & incitamentū ad peccatum:
q̄a inquit ecclesiasticus. p̄fectus & beatus est. q̄ potuit
transgredi & nō ē trāsgressus. facere mala & nō fecit.
Talis ergo magnitudo conatus potius est ī statu ec/
clesiasticorū: q̄ religiosorum. Possent in hac re pluriā
adduci. sed breuitatis gratia p̄dictis rōibus contentor.
quibus quidā pbare uidentē ep̄os & ceteros ministros
ecclesie in status & dignitatis eminentia. & perfectōe
preferendos esse religiosis. & p̄ cōsequens ecclesiasticū
statū esse preeligendum. Verū tamen quid tenendum
sit in sequentibus capitulis explicabitur.

Capitulum. xxii. de prima comparatione horū
duorum statuū. uidelicet qualiter hi duo status
clericoz & monachorū se habent alter ad alterz
cōparatus. & quis eorum sit simpliciter eligibilior
quātum ad eminentiam & perfectio nem status.
ac etiam uite & sanctitatis.

Considerandú rursus occurrit atq; discutiēdum. qualiter hi duo status seu uiuēdi modi. ecclesiasticorum uidelicet & religiosorum. inuicem se habēt alter ad alterú comparatus. respectu eminentioris uite & perfectioris status. In quo articulo licet pluriá dici possent: breuissime tamē & sub quodá epilogo dicēdú est scđm sanctorū doctoz sētētia illud eē uerissimú. uidelicet epōs non solú ceteros oēs ordines & ministros ecclesie militātis: sed & cūctos religiosos. & regulares uiros perfectiori modo representare apostolos. & ideo super omnes eminentiores & p̄fectiori statu fore. Nā māifestú est. q̄ episcopi succedūt apostolis í regimie ecclesie. Vnde Paulus ad eos ait attendite uobis & u/niuerso gregi. in quo spiritus sanctus posuit uos epōs regere ecclesiam dei. quā acquisiuit saugvine suo. Pro qua re apertius declaranda presupponendú duximus. q̄ quatuor p̄cipaliter & singulariter fuerūt collata apostolis a xp̄o. & ep̄is eoz successoribus. que magnā in eis excellentiā: & status perfectio nē designāt. & in quibus ep̄i apostolis succedūt. & eos p̄ ceteris imitantē. Primo uirga potestatiuā in susceptiōe temporalium stipendiorū. Vnde in Matheo legimus. Precepit eis ne quid tollerent in uia: nisi uirgā: ut nomine uirge potestatem a xp̄o receptam: de recipiēdo temporalia stipendia intelligāus scđm Augustinú. Secúdo clauēs in iurisdictione administratiōis sacramentoz. Vnde ait xp̄us Petro. tibi dabo clauēs regni celorū. Tertio data ē insufflatio spiritus í remissiōe peccatoz. Vnde apud Iohānem legimus. insufflauit & dixit accipite spiritū s̄ctū. quoz peccata remiseritis & cetera. Sup̄ quo uerbo Gregorius inqt. licet intueri í q̄ntū culmē glorie perducti sunt apostoli: ut uite dei quibusdam peccata relaxent. quibusdam retineant. quorum nunc

in ecclesia epi locū tenent. Quarto data est dispartitio
 linguarū in predicatio e uerbi dei. ut i actibus aplōꝝ
 legimus. quia apparuerunt apostolis dispartite lingue
 ad predicandum uerbum dei. In his ergo quatuor epi
 apostolos excellentiori modo representant: q̄ quicunq;
 religiosi. & ideo sunt i p̄fectiori statu. Adde quintum
 propter uotū perpetue cure ouiuū suarū. usq; ad aiā
 et sanguinem. In qua re p̄fectiori modo apostolos
 representant: q̄ omnes religiosi. Quod uotū cure aiāꝝ
 in consecratione sua fecerunt. uouentes animas suas
 ponere p̄ ouibus suis. in quo uoto tā excelsae caritatis
 omnes religiosos excedunt. q̄a teste redēptore. maiorē
 caritatē nōo habet: q̄ ut aiā suā p̄at q̄s p̄ aiā suis.
 Sūmus ergo gradus p̄fectionis est in epi. quia eoz
 dignitas p̄fectam caritatem iam acquisitā: requirit
 nō acq̄rendā. si uero seclusis epi presbiteros & ceteros
 ministros ecclesie ad religiosos compare uolumus: hoc
 tripliciter cōsiderare & itelligere possumus. P̄mo q̄tū
 ad humani conatus uoluntatem. Secūdo quātum ad
 operis qualitatem. Tertio quātum ad utriusq; status
 quiditatē seu primitatem. Primo modo p̄ferē opus
 operi. uel status statui ex uoluntate operāti. Qui. n.
 promptiori uoluntate & cū maiori conatu facit opus
 ad quod tenetur: maioris p̄fectionis & maioris meriti
 est. Si ergo isto modo opera religiosoz & p̄biteroz
 adinuitem cōparent: incertū est. que opa sint maioris
 meriti & maioris p̄fectionis. quia planū est. q̄ illoꝝ
 opera maioris meriti & p̄fectioris sunt: qui cū p̄mptōri
 uolūtate & cum maiori conatu ipsa operant. Secūdo
 uero modo quātum ad operis qualitatem: uirginitas
 preponitur coniugali uel uiduali cōtinentie in bono.
 In malo uero homicidiū preponitur furto. Similiter
 uita actiua preponitur cōtemplatiue. q̄a fructuosior.]

Contemplatiua uero preponitur actiue. quia merito maior & perfectior. scdm quem modum comparando aliqua opera particularia que faciunt presbiteri: sunt perfectiora aliquibus operibus particularibus: que religiosi faciunt. sicut magis est intendere salutem animarum: quam ieiunare: quam silentium tenere. Et alia opera que faciunt religiosi. perfectiora sunt quibusdam operibus: que faciunt presbiteri. Et ita isto modo habent se sicut excedens & excessus. Sed tertio modo comparando opera religiosorum ad opera presbiterorum in ordine ad primam quietudinem. & radicem a qua progrediuntur. puta in ordine ad radicem illam qua religiosi totam eorum uitam deo uouere. & se & sua in christi obsequium perpetuo tradiderunt: longe sunt perfectiora quocumque singulari opere presbiterorum. Et eodem modo in perfectione uita religiosorum ad uitam presbiterorum comparatur: sicut infinitum ad finitum. ut dicit Anselmus in libro de similitudinibus. Quamuis enim in bono abstinentia sumptioni cibi preferatur: sumere tamen cibum cum aliquo propter caritatem preferatur abstinentie. In malo uero quis adulterium preferatur furto: furari tamen gladium ad occidendum est grauius quam adulterium. Sic quis presbiterum in aliquo particulari opere possint preferri religiosi: ex adiuncta tamen radice perpetue obligationis. que se in christi obsequium religiosi tradiderunt: simpliciter in perfectionis statu preferendi sunt. & hanc opinionem aliqui eximii doctores tenent. Alii uero affirmant archidiaconos et curatos et alios inferiores ecclesie ministros esse in excellentiori perfectionis statu. & maxime propter tria: que eis specialiter conueniunt. Primo propter potestatem. Secundo propter administrationem officii. Tertio propter honoris preconiium. Potestatem enim receperunt a christo in persona discipulorum. quando dictum est eis Luce decimo. Ecce dedi uobis potestatem

110. 133

calcandi super serpentes & scorpiones. & super omnem
uirtutē inimici. & nihil uobis nocebit. ac si diceret. dedi
uobis potestatem eitiendi omne genus immundorum
spirituū ab obsessis corporibus: ne putaretur eē dictū
de bestis ut Crisostomus exponit. Istud autem rep/
sentant presbiteri in sacramentorum administratōe.
Administrationis uero officitū receperūt. quādo dictū
est. in quācunq; domū intrauentis: primū dicite pax
huc domui. quia enim bonoz omniū pax mater est.
sine qua cetera inania sunt. Ideo xp̄us discipulis p̄mo
pacem iussit offerre: tanq̄ bonoz omniū initū: quoꝝ
ministros eos faceret. ut Crisostomus dicit. Hos autē
representāt p̄sbri in euāgelii p̄dicatione. in quo primo
nuntiāda est pax. iuxta illud ad ro. x. q̄spetiosi pedes
euangelizantiū pacem. euangelizantiū bona. Istud
autem representant presbiteri ī plebis cure susceptiōe.
p̄ q̄ donec ipsam tenēt animā: & uitā propriā tenentē
exponere. Sed honoris preconitū receperūt: quando
reuersi cum gaudio dixerūt dom̄o. demones etiā sub/
itiuntur nobis in nom̄e tuo. Gaudebant enī ut glo.
dicit. q̄ quasi sublimes effecti terribiles hominibus et
demonibus erant. Hoc autem representāt presbiteri
in subditorum iurisdictione & coheritione. a quibus
si bene eis presūt: duplici honore debēt haberi ut dicit
Apostolus. i. Tbi. quinto. Per hec igitur que pxime
dicta sunt concludunt aliqui doctores. etiā inferiores
mīstros ecclesie. ī eminētia & ī p̄fectōe status. religio/
sis p̄ferēdos eē. uel saltē eos fore ī p̄fectōis statu. Hāc
itaq; opinionem predicti doctores roborare uidentur.
per rationes & auctoritates sup̄ius allegatas. cum de
excellētia & perfectione episcoporum & ministrorum
ecclesie actu est. ad q̄s q̄ religiosos inferioribus ecclesie
ministris preferūt respōdēt. put in. xxiii. c. uidebitē.

Capitulum xxxii. de alia comparatiōe horum
duorum statuū clericorum et religiosorū iter se
adinuicem. uidelicet quis sit eligibilior tanq̄m
simpliciter humanior & tolerabilior.

Post predictam comparationem horum duorū
statuū. uidelicet ecclesiasticorū & religiosorū.
quantū ad p̄fectionē status: alia comparatio succedit.
quis uidelicet horum statuū clericalis uel regularis
eligibilior sit tanq̄ simpliciter hūanior & tolerabilior.
In quare ut mihi sane uidetur questio ipsa facti est.
uterq; enī uiuendi mōdus excellētissimus atq; factis/
simus est. in quorum quolibet diuerse uie ad salutem
reperiri possunt. nec enim xp̄us sponsus ecclesie plene
illi p̄uidisset: nisi sc̄dm diuersas infirmitates: seu uires
suorū fidelīū: sic diuersos uiuendi modos ad unū tamē
dei cultum tendentes nō instituisset. Hinc ipse ait. in
domo patris mei māsiones multe sunt. Et iterū scribit.
in uia domini alius sic: alius sic ibat: omnes tamen non
ad diuersos fines ad unū p̄perantes. Sed ut deo diuersis
tamen gressibus famulentur. & si alius currat. alius plāe
uadens: ei non inuideat: cum uterq; metam a ctingant.
que diuersitas unitas est. quia ad unum dei cultum diui/
nitus ordīata. Ea igitur decora diuersitate atq; fulgida
unitate floret atq; splēdet dei ecclesia: tā pulchra fidelīū
suorum unanimi uarietate. Nihilominus tamen inter
istos status seu uiuendi modos ut supra tactum est. ex
diuersis casibus & respectibus alter istis: alter illis eligi/
bilior est. Vnde ait Dionysius. nonnulli sunt in uia p̄/
fitiendorū. & ad perfectionis acq̄uisionē aliquo idigēt.
quod alius expedit. Nam ad d̄primendas passiōes: arda
uita uidelicet per abstinentiā ac exercitia & uigiliarum
expediret. Aliis uero non habentibus illas passiōes: non

congrueret. qui forte defectus suos alio exercitio. uel
 diuine gratie auxilio supplere possent. Nam ueluti
 scđm doctrinam apostoli: in uno corpore multa sunt
 membra non idē officiū habentia. et qđ uni congruit:
 alteri plerunq; est nouū sine offensione corporis. sic
 plerunq; una uiuendi forma que aliquibus est ad sa/
 lutem: alius cedit in perniciem. & e contra. Profecerunt
 certe sibi & multis in ordine ecclesiastico: complures
 quos numerare oposū foret. adeo ut dicere mihi recte
 posset aliquis tanq̄ de stellis celi: numera si potes. Sic
 Nicolaus fulsit. sic Gregorius summus ipse pontifex.
 sic Paulinus ep̄us nolanus licet opulentissimus: sed et
 in regulari & monastica uita effulsit: Item Basilius.
 Benedictus. Hieronimus. Dominicus atq; Franciscus.
 & plurimi quibus domus domini referta est. inter quos
 nō nulli aut diuino motu sup̄naq; inspiratiōe uocati:
 aut uarus ex causis ex altero statu ad alterū aspirarūt.
 ī quo beati euasere: sine tamē p̄oris status diminutiōe.
 Hinc Benedictus. hic Dominicus. & q̄plures strictiore
 feruore deo famulari cupientes. & seculi consortia fu/
 gientes: ex clericorum ordine ad regularem uitā trā/
 sierunt. Hinc rursus Augustinus. Grego. eadē uocati
 inspiratiōe & p̄ficiendi fidelibus uberiori zelo successi:
 ex monastica religione. ad ecclesiasticū ep̄alis ordinis
 gradum sancte & meritorie commearūt. Vnusquisq;
 igitur prout scđm Apostolum destinauit ī corde suo:
 sic hanc uel illam uiam eligit. uires suas considerans
 scđm finem sibi intentū. Est enī uterq; status ut tactū
 est non precepti: sed consilii & superogationis. nec
 imperatur: sed suadetur. Et ueluti de uirginibus ap̄l̄s
 ait. qui potest capere capiat. Et de matrimonio scđm
 eūdem apostolum. plerunq; melius est nubere q̄ uri.
 Ita in his statibus dicendum est. In quibusdam forte

utilius foret: ut per spūale matrimoniū ecclesie nubāt,
quāsi ultra uires sibi inexptas sub stricta regulari uita
retro respicientes: uitam deserant inceptam. Itaq; in ex/
pensis imbecillibus & infirmis putamus: q; status eccle/
siasticus ordi tanq̄ hūanior & tolerabilior est p̄eligēdus.
nisi altiori inspiratiōe quis desuper ad aliā uitā uocatus:
aut spiritali & corporali adiuumento roboratus fuerit.
Accedit ad hoc. quia eligere actus est uoluntatis & uir/
tutis. uirtus ergo ipsa cōsideranda est iuxta philosophū
sc̄dm electionem mediū quod in recta ratione consistit.
Ecclesiasticus itaq; status a c̄tēta humana fragilitate et
promptitudine peccandi: quādā uia mediā & rōabilem
uiuendi habere uidetur. Habet enim religiositas satis.
habet & aliquid hūanitatē seu laxitatis. Quod si forte
dicatur religionis uitā etiam eodem respectu simpliciter
fore eligendam: pro eo q; habet tolerantias & modera/
tiones suas ad iudiciū prelatorum. nec ultra precipitur:
q̄rationabiliter supportari possit. Et q; dato q; quis in
religione cadat: habet resurgendi remedia p̄pter inten/
tionem ad deum erectam. Habet dēiq; fratres a quibus
iuuari potest. Fateor illud uerum fore. tamē illud idem
quod eisdem religiosi sex permissioe fit: seu indulgētia
clericis: fit ex iure cōi. qđ. n. tolerat̄ aut indulget̄: cōstat
legi derogare. atq; aliquādo phibitū esse. & si aliquādo
sine cā indulgeat̄: cōsciētia urget̄ & intus bellū nascit̄:
ubi getari sperat̄. maxīe propter instituta & arnissimas
cuiusq; religionis cōstitutōes: qbus se artari uouerūt. & ad
multa alia quoꝝ trāsgressio: aut cōtēptus mortale ple/
rūq; iducit peccatū. que oīa non ita acriter clericis cōti/
gūt. Demū ea ip̄a remedia. que religiosi cōpetūt ex to/
lerātia uel fratꝝ p̄sidio: etiā clericis cōia eē possūt. Circa
secūdu uero qđ status seu uiuēdi modus p̄dictoꝝ p̄eligē/
dus sit: tāq̄ sāctior & p̄fectōr: dictū ē ī p̄cedēti capitulo.

**Capitul. xxiiii. assignantē respōsiones ad obiecta
 contra religiosos pro tuenda opinione illorum:
 qui sentiunt religiosos esse in perfectioni statu:
 qm decani archidiaconi & alii inferiores clerici
 post episcopū . ubi discutitur: que sit perfectior
 uita actiua uel cōtemplatiua. & de eaz adiuicē
 comparōe. & de aliis hāc materiā tāgentibus.**

Libet igitur pro tuēda illa opinione que habet
 inferiores ministros ecclesie. post episcopos nō
 equari religiosi quo ad statum perfectiōis respōdere
 ad nonnulla obiecta superius adductā. que probare
 uidentur archidiaconos. curatos. & predictos inferiores
 ministros ad religiosos comparatos perfectiorem: aut
 saltem equalem statum in ecclesia obtinere. Et q̄q̄ per
 ea que dicta sunt satis rationes ipse solute uideantur:
 particularius tamē ad singulas singule fiēt satisfac/
 tiones. Primo igitē dicebatur: quia monachis licitum ē
 transire ad statum presbiterorū: tanq̄ ad perfectōrē.
 quia ut iquit Hieronimus. & transsumptiue i canōe
 .xxiii. q. i. dicitur. sic utue in monasterio ut clericus eē
 merearis. Respondetur enim q̄ monachus tanq̄ mo/
 nachus: non habet officiiū clerici exercere. ueruntamē
 in quantū literati & docti sunt licite possunt pmoueri
 ad presbiteratū. & curam monachalem aliorū habere.
 pfectionē tamen status nō habet ex illo transitu: sed
 ex ppetua obligatione uoti. Et ita licet fiat psbiter
 non dimittit pfectionem monachalem. ideo subdit
 in prefato decreto: multo tēpore disce: que postmodū
 doceas. & inter bonos semper meliores sectare. Deinde
 adducebat illud Hieronimi ad Eliodorū ubi dicebat
 Hieronimus. mihi scilicet monacho ante presbiterum
 sedere nō licet: illi si peccauero: licet me tradere sathāe.

Ex quo uidetur curam animarum habentes in perfectiori
eē statu quibusuis religiosi cōtemplatiōi uacantibus.
aut saltem in statu perfectionis esse. Sed dicēdum est
omnes ministros ecclesie esse in perfectionis statu mō
quo supradictum est. uidelicet ppter. officium adminis/
trationem. sed talis perfectio status scđm eos qui hāc
opinionem tenent: magis accipit cōparatiue q̄ pprie.
Vnde canones appellant statum clericorum gradum
quendam. ut inferius latius tangeretur. Postea uero di/
cebatur bonū publicum preferendū esse bono p̄uato.
& cum curati gerant officium publicum: quia curam
animarum. quo zelo seu officio scđm Gregoriū nullū
est deo acceptabilius. & religiosi solū intendant p̄pe
saluti. uidetur curatos esse in perfectiori statu. Quibus
respondetur. q̄ quis absolute intendere bono publico:
sit maioris perfectiōis q̄ intendere bono priuato. hoc
est in genere operis perfecto. intendere tamen p̄fecte
bono priuato: uel saluti proprie: preferē illi q̄ ip̄fecte
intendit bono publico. Zelus enim animarū sacrificiū
est acceptum deo. si ordinate fit. qui ordo est: ut quis
primo habeat curam salutis sue. & postmodū aliorū.
quia ut scribitur Mathei decimosexto. & trāssūptiue
in canone. Quid prodest homini si uniuersum mundū
lucretur. anime uero sue detrimentū patiat? Deniq;
respondent alio modo. uidelicet q̄ ea que dicta sunt
bene probant curatos: & inferiores ministros ecclesie
si recte agant: posse esse in perfectionis opere: sed nō
in perfectiōis statu. quia predicti ministri ecclesie nō
suscipiūt plebis aut parrochie sue curam cum p̄petuo
obligationis uoto. quod ex eo patet. quia eā deserere
possunt. aut renunciando. aut per religionis ingressū.
soli ergo episcopi cum uoto perpetuo suscipiunt curā
animarum. & ideo sine licentia apostolice sedis illam

deserere nō possūt. Rursus quod obicitur de Helia de quo Crisostomus dicit. si talē aliquē adducas in ibi monachū: qualis Helyas fuit. non tamen illi cōpandus est. qui traditus ē cure populorum etcetera. Ad quod dicitur. q̄ Crisostomus non itellexit de simplici presbitero: sed de ep̄o. q̄ si loquatur de simplici presbitero: nō itendit preferre statum presbiteri statui religionis. sed intendit q̄ periculosior est status habētis curā animarum: q̄ religiosi in contemplatione uiuentis. et per consequens seruare se innocētem in maiori periculo iudicium est maioris uirtutis. Sed quis maior uirtus requiratur ad hoc q̄ aliquis se preseruet immunem a peccato inter populos q̄ in religione: maioris tamen uirtutis est uitare pericula religionem intrando: q̄m non uitare pericula inter populos uiuendo. Item obiciebatur quia presbiteris & mīstris ecclesie magis committitur. uidelicet cura animarum q̄ religionis. & per consequens status est maioris p̄fectionis & meriti. Ad quod dicitur q̄ aliquē agere uel administrare dupliciter contingit. si enim ille cui plus est commissum maiora faciat. aut plus seruiat: indubie plus meret: q̄ ille cui minus cōmittit & minus faciat. sed si ille cui minus cōmittit: maiora & p̄cōra faciat & plus seruiat magis meret q̄ ille cui magis est cōmissum & minus seruit. In utroq; igit̄ statu clericorū & religiosorū ista duo repiri possunt. per que uis argumenti soluitur. Ad aliud aut̄ quod dicebatur de merito & p̄fectione quod cōsistit in cura animarum: supra responsu m̄ est in solutione ad argumentum. quod fiebat de publico & communi bono priuato preferendo. ¶ Subsequenter nō obstat qđ dicebat̄ quia liberare innocētes de manu p̄fidorū maxime p̄fectionis & meriti est. adducentes etiam illud Hierōnimi: q̄a sancta simplicitas solū sibi p̄dest.

sed tanto plus nocet: si contradicentibus non resistit.
Dicendum est q̄ illa magnitudo meriti intelligit̄ ex
parte mēt̄is. quando quis tantū proficit ī cōtēplatiōe:
ut propter deum uelit intendere salutē pximorū. etiam
cū aliquo detrimento cōtēplatiōis. hoc enī modo
certū est. q̄ ad maiorem perfectionem caritatis p̄tinet
q̄ simpliciter uacare cōtēplatiōi. Et hoc est quod
Isidorus ī libro de summo bono ait. bonum est igitur
corporaliter remotum esse a mundo: melius tamē re/
motum esse uolūtate. Optimū autem & perfecti me/
riti ē: utroq; esse semotum Quod etiā dicebatur quia
magnitudo meriti consistit ī magnitudine conatus ad
uincendum promptitudinem peccandi. quia beatus ē
qui potuit transgredi & nō ē trāsgressus. que p̄mpti/
tudo magis ē ministris ecclesie: q̄ ī religiosis. Dicēdū
est. q̄ magnitudo meriti hominis erga deum ex tribus
potest insurgere. Primo ex parte merentis. Secundo
ex parte principii formalis quo quis meretur. Tercio
ex parte operis meritorii. Si igitur magnitudo meriti
p̄setur ex parte merentis. quando aliquis cōtēplatiōe
dei & ī xp̄i amore tantum creuit: ut ad tempus cupit
detrimentū pati sue fructiōis propter xp̄i gloriā. ad
procurandam proximorū salutem modo quo dicebat
apostolus ad ro. ix. cupiebā ego esse anathema a xp̄o
p̄ fratribus meis. de quo Chrysostomus dicit ī libello de
laudibus eius. q̄ sicut ferrum ī ignem missum non est
aliud q̄ ignis: sic anima Pauli diuina caritate incensa.
nō erat aliud q̄ caritas. Talis ergo puto magis mereē
in uita actiua salutē proximorum intendens: q̄ in uita
cōtēplatiua. cōtēplatiōi uacans. Vnde Paulus
hoc elegit tāq; maioris caritatis & maioris meriti. elec/
tio enim non est nisi de maiori bono. Vnde dicit ad
phi. primo. Coartor enim ex duobus desiderū habēs

dissolui & esse cū christo. quod mihi multo melius est.
 permanere autem ī caritate necessarium propter uos.
 Et hoc confidens scio quia pmanebo omnibus uobis
 ad profectum uestrum. super quo uerbo. dicit glosa. q̄
 elegit Paulus nō qđ sibi melius erat: sed quod multis
 expediebat propter caritatē que supereminet oībus.
 Si uero consideretur principiū formale quo quis me/
 retur: putant aliqui q̄ maioris meriti est cōtemplatiua
 uita q̄ actiua. Cū enī pncipium formale merendi sic
 caritas. sicut magis meritoriū est: diligere deum scđm
 se q̄ diligere proximū. sic maioris meriti est uita con/
 templatiua. que directe de suo genere ordinatur ad
 dilectionem dei scđm quem modum itelligitur illud
 Gregorii sexto morali. ultimo capitulo. Marte cura
 non reprehenditur. Marie uero contemplatio etiam
 laudat̄. quia magna sunt uite actiue merita: sed con/
 templatiue sunt potiora. Verum si considerat̄ opus
 meritorū: uidētur se habere sicut excellētia & excessa
 quia respectu meriti accidentalī. cum tale meritū deē
 scđm genus operis maioris meriti pōt esse actiua uita
 q̄ contēplatiua. Et isto modo nedū ep̄i: sed presbiteri
 & sacerdotes curam animarū habentes. excellētiore &
 perfectiore statu sunt. q̄ religiosi. Et de istis loquitur
 Augustinus Valerio. nihil est ī hac uita difficilius. pi/
 culosius. laborosius. ep̄i. presbiteri aut diaconi offitō:
 si perfunctorie agatur. sed apud deum nihil beatius:
 si eo modo militet̄ quo noster Impator iubet. Si ue/
 ro utrūq; seu utranq; uitam sumimus respectu meriti
 essentialis. quod respondet caritati tāq̄ radici merēdi
 putant aliqui simpliciter maioris meriti esse contem/
 platiuā q̄ actiuā. Alii uero fāosi & moderni doctores
 comparando istas duas uitas ad inuicem distingunt.
 quia quātū ad eorum substantiam simpliciter potior:

& per consequens preferenda est contēplatio. ut dicitur
in. c. nisi cum pridem de renuntiatione. ipsa est enī se/
curior & magis suauis. paucissimis indigens & propter
se eligēda tanq̄ quietissima. quorū contraria cōtīgūt
opibus actiue. et scđm hūc modum comparandi cōtē/
platiua simpliciter est melior. & preferenda actiue. Si
uero comparantē q̄tum ad eorū usum: tunc subdistīgunt.
nam quia usus respicit operis executionem. Executio
autem actionis duo respicit. scilicet ipsos ad quos est. s.
subditos. & ipsum exequentē scilicet prelatū. Si p̄mo
modo comparantur: sic actiua preferenda est contem/
plationi. quia pluribus utilis est. & magis fructuosa. ut
dicitur ī dicta decretali. licet illa sit securior & magis
suauis. q̄a in fecunditate sobolis: lippitudo Lie Ra/
chaelis pulcritudini est prelata. ut dicit Gregorius sup
Ezechielē exponens illud erat Lia lippa: sed fecūda.
Si uero comparantur secundo modo. aut est ad illud
dispositus & idoneus: aut non. si non: tunc melior est
sibi usus contemplatiue. quia sibi potest ibi proficere.
sed in actiua: nec sibi nec alius. Si uero ē idoneus. aut
accedit uocatus et necessitatus: aut propria uolun/
tate. Si secundo modo contemplatio precellit. quia
actiua non precellit: nisi proueniat ex coactione et
necessitate: si uero coactus: tunc simpliciter actiua
precellit quo ad usum eius. & hic siue cogatur ab ho/
mine uel ex caritate. uel propter necessitatem prox/
imorum. & talibus melior est actiua: q̄ contemplatiua.
Nam per talem actionem augetur caritas. & ad per/
ferendum aduersa. & contēplandū optima. & sic sua
actio est melior alius: q̄m sua contēplatio. est etiam
maioris meriti. Et sic patet q̄ quo ad usum uite p̄sentis
talīs actiua est simpliciter melior & status eius. & etiā
opera magis meritoria. Fatemur tamen q̄ cōtēplatio

est realiter preeligenda. quia plures inueniuntur ad hoc idonei: qui in actione deficerent. Si tamen homo esset affecuratus. quod populus indigeret. & quod bene gereret illam curam etiam sine periculo peccati posset illam desiderare & se ingerere. & uelle magis hoc fieri pro se quam per alium. neque hoc esset presumptuosum. quia licitum est appetere maius meritum sicut fecit Ysaia: itaque talis uita tamquam bona simpliciter est preeligenda. Ex quibus aperte monstratur quod intelligende sunt rationes adducte pro parte illorum: qui putant statum clericorum inferiorum ab episcopo perfectiorem esse statu religionis.

Capitulum uicesimum quintum de excellentia et laudibus uite monastice. & religiose. & de pluribus causis propter quas preeligenda sit quam alius uiuendi modus.

Monasticam religiosamque uitam pro nobis laudibusque afferre non puto aliud fore: quam lucem ipsam facibus adiuuare. habet enim hoc uite genus ea omnia que ad bene beateque uiuendum conferunt. que ad ueram felicitatem conducunt. & ut paucis omnia comprehendam id habet proprium religiosorum uita: ut deo propius or acceptiorque ceteris esse uideatur. qui enim inquit apostolus. adheret deo: unus spiritus est cum eo. Nam & Hieronymus. fatetur meliores non posse inueniri: quam qui in monasteriis profecerunt. Vnde Augustinus in libro de opibus monachorum. illos sanctiores esse testatur: qui a conspectu hominum separati: paucis ad se prebent accessum. sed deo contemplantur. Quis enim dubitat quin deserentes mundum & tumultum seculi. & se a seculi oblectamentis segregantes: christo conformentur & ab eo facilius confortentur? Quod latius ipse Augustinus profequitur

sup illud apocalipsi mulier fugit in solitudine. sed neq;
illud pretermittendum est: quoniam in ceteris huius
uite occupatōnibus. & uiuendi modis. illud hominibus
commune est: ut tempora transeant et non redeant.
Religiosi tamē uiri illud facile agere possūt. nō tantū
ne tempus fugiat: sed ne pereat. Occupantur quidem
religiosi aliquando lectōe plerunq; oratione. nec altera
alteram impedit: sed auget. Succedit demum diuini
uerbi predicatio: qua deo nulla gratior occupatio esse
potest. Demū itur ad bonarum artium studia. Discūt
enim aut docent scribuntq; posteris doctrinam ad eru/
diendos saluandosq; homines. nullumq; illis tempus
uacuum est. Et cum teste Cicerone nihil dulcius bene
impensi temporis memoria. hac locupletissimi sunt re/
ligiosi. In ceteris siquidem uiuendi modis considerēs
hominū tempora. Primo infantia ipsam siue pueritia
in uanos ludos. Adolescentia & iuuentutē i libidine &
auaritia. Senectam uerō & senia in querelas. i cru/
tias & doloris corporis. i suspiria. i lamenta consumimus.
Religiosi uero i fātia in artibus addiscendis. in diuino
cultu impmēdo. Adolescentia uero i altioribus studiis.
Senectutē uero in docendo. predicādo. deoq; uacādo
& contemplan-do fructuose expendunt. Et ut paucis
agamus inter monasticā uitā & ceteras uiuendi for/
mulas illud intērest: quia quo magis illi nituntur ut salui
fiant: tantum isti conantur ut pereant. Quāto q̄tū
illi nos ad saluandū inuitant. adiuuant: atq; cogunt:
tantum nos ipsos prepedimus. ¶ Ceteris religiosorum
uita ex quinque causis excellentior atq; pfectior ceteris
uidetur. Primo quidem quia dignior ueluti quā xp̄us
eligere uisus est. & apostoli secuti sunt. Secundo quia
securior. nam ut iquit Augustinus p mille cadentibus
in religione: cadent decē milia in seculari uita. Tertio

excellētiōr ē uita mōnastica. quia dultior atq; iocū/
 dior. non enim habēt amaritudinem conuersatio eius.
 nec tedium conuictus illius: sed gaudium & letitiā.
 Quarto quia sanctior & deo proximior p̄ adhesiōē
 cōntēplatiōnis: unde quidam sapiens religiosorum
 uitam recte p̄ dexterā designat. secularē uero uitā
 per sinistram. unde super illo. leua eius super capite
 meo: & dextera illius amplexabitur mē. Recte igitur
 secularis uita sub leua ecclesie ponitur: quia iuuat ad
 sustentatiōē. Sed dextera id est uita religiosa. xpm
 sponsum ecclesie amplexatur: dum eius innocentie &
 cōntēplatiōnis āplēxibus delectatur. Sed & his alia
 quāq; addēda sunt. propter que mōnastica uita p̄fec/
 tissia atq; excellentissia habet. Primō quia tēporaliū
 sollicitudinū minus habet. Secundo quia ad spiritualem
 adhesiōem maiorē habet aptitudinem. Tertio quia
 maiorē rēcōpensatiōem ab ea sperat. Quarto quia
 i ea maiorē unusquisq; habet sui potestātē & fruitiōē.
 Quinto quia in ea unusquisq; facilius uitat humanōrū
 periculorum promptitudines. Rursus mōnastici uiri
 necū i his: sed plurimis aliis cūctis uite modis p̄ferūt.
 Alibi enim negotiātē foris: quietē querunt. quam
 religiosi inter se habent. Illi tēporalibus studēt. secu/
 laribus implicantur. uanitatibus inuoluuntur. & dum
 inferiorēs plurimos habere delectantur: ab interioribus
 & superioribus elongantur. Distrabuntur alibi hoīes
 propter ea que feris sunt. & infelicitē amittunt p̄ci/
 ostra que intra se sunt. ut recte cum BerUARdo dicāt.
 Quanto magis ad mundum accedimus: tanto magis a
 deo recedimus. Desiderant enim qui extra religiōē
 degunt uideri sapientēs: dum opūm bonorū penuria
 & uera sapientia stulti effitiunt. Credūt foris lucrari:
 dum seipsos perdunt. celestia appetere uidentur: dum

carnei eis oculi sunt. Quātomagis i tēporalibus reddūt solliciti: tanto magis a spiritalibus effitiuntur mēdici. Ceci quippe sūt & duces cecorū. omnia enī disponere ordinare & scire presumunt: dum seipfos distrahunt. Illa p̄terea differentia inter seculares & religiosos ap̄tissima est. quoniā ut iquit Hugo de sancto uictore. In illis uigilat spiritus dei: dū in ceteris dormit. uiget i illis ratio. in istis sensus. in his ratio extinguit̄. feruet in illis amor dei. i istis amor mundi. hi mūdū diligūt: dum illi reliquūt. illi om̄nū obliuiscunt̄. & unusquisq; unice matris sue cōtinuo recordatur. isti uero omniū que sunt mūdi recordāt̄ & se obliuiscunt̄. Illi caduca. hec & terrena amplectūt̄. & ad ea sūmope aspirant: dum isti ea que supra terram sūt desiderāt. Hi gressu proprio currunt ad interitum: dū monastici ad salutē festinant. Religiosi omnia propter deum dimittunt: dum temporales uiri deum relinquūt propter omnia. Sed certe non falluntur. ea enim funēsta cecitas uicē eis reddit. quia cum propter eos omnia deus fecerit. isti propter illa deū dimittunt. quare iuste eos omnia dimittunt. Seculares deniq; prudentiores uidentur. in qua re huius seculi se homines cōprobāt. quia ut sc̄ptū est. filii huius seculi prudentiores sunt filii lucis. Ista ad ea que dei sunt. tardi. duri. pigri. tepidi atq; inertes sunt. nec cogitant quo tendere debeant. uitam sciunt: sed scienter deuiant. & si qui eam nesciunt. illam non iquirūt. Quinimo religiosorum uitam. quia humilē. quia seculo obiectā. quia mollibus nō indutā abitiūt & uitam eorū putāt insanīā. Qui paulo post ut debūt quomodo cōputati sunt in numero sanctorum. & fors illorum in eternum. Patet ergo huius regularis & monastice summa excellentia et perfectio super ceteros temporales status.

Ca. uicesimū sextū de difficultatibus uite religi/
ose. & de laboribus & aculeis religiosorū t̄ genere.

Religiosam atq; monasticā uitā laudabilē atq; perfectam. et deo acceptam esse nemo est qui ambigat. Verum alia aliis congruunt. & diuersi ad diuersa aptiores sunt. Deniq; aliud est religiosum esse. aliud religiose uiuere. multi noīe religiosi sunt. pauci re. plurimi religiose uiuere ceperunt: qui sup̄sticiosa uitā finierunt. & ut quidā ait sapiens dulce negotiū. iocundum nomen religionis est. sed p̄gressus difficilis. ueluti in quo uite statu homini libertas. uoluntas ac uoluptas. & affluentia adimitur. & ut breuibus dicam ipsa quoq; que natura cōcedit: sancta religio p̄hibet. Fateor in monasteriis deus ipse noscitur. ibi dei notitia. amor & cultus habent. ea tamē in ceteris uite statibus impleri possunt. & utinā tam digne: tam recte impleantur ab hominibus q̄ sciuntur. Scit enim unusquisq; quō placere deo possit. idq; si agat: uere religiosus est. Se enim deo ille religat: qui in pietate & humilitate deum colit. & insolētias stirpat. Fateor ea cōmodius in monasteriis fieri: si facultas corporis animiq; uires suppetunt. Deniq; quietē animi in religione monastica inueniri aiūt. Quibus ego dicere possē. si quietem animi speras aut optas: cur ergo in bello stas? Quocunq; igitur in statu uiuas. quis tibi bellum infert: nisi tu unus? Quod ergo tu tibi auferis: quare ī alio statu speras? Deniq; considera illud Isidori. quoniā ad dei quietudinem non accedit passibus corporis: sed mētis speculationibus. Vidisti tu plurimos religioso habitu indutos per inquietudines discurrentes. apostatantes. & alios propter inopiam rerum necessariarū ab īcepto opere cadentes. de quibus scriptum est. quoniā p̄pter

inoptiam multi deliquerunt. Quanquā illud fateor non
sacre religioni: sed eorum improbitati imputandum
est. ueruntamen deliberatione & consilio non paruo
opus est. Quare ut ego puto monastica religiosaq;
uita ab illis potissime eligēda est: qui casū nō timēt.
imperfectis enim & fragilibus. & nondum uiciorum
mortificationem supantibus. experiendum dixerim
non profitendum. aut uerius differendum. Preterea
religiosi nonnulli huius temporis ab utero regule sue
aberrantes. quo enim modo conuersentur. quo ue
obedientie paupertatis & castitatis tramite religionē
obseruent: tu ipse nō sti. in quibus ut mihi uidetur ma
ior est periculi timor: quā spes proficiendi. Hinc quidā
sapiens illud trenorum exponens. lapides sanctuarij
dispersi sunt. Planguntur. inquit religiosi implicati
temporalibus negotiis: quia non est actio secularis
uite: quanquā hodie non administrant religiosi. dis
curre singulorum occupationes & officia: religiosos
adesse uidebis. Secularia enim negotia seculariter
pertractant. ad que utinam proficiendi gratia. aut
uocati accederent. Sed pro chdolor sese ingerunt cu
piditatis uel adipiscende dignitatis gratia: aut forte
lasciuitatis & habende exēptionis. ut excutiant collū
ab obedientia suorum prelatorum. agentes contra
principalia eorum uota. per quorū obligationē positi
sunt in statu perfectionis. Et quā prauorum hominū
facta bonos a bono non retrahant. quāmo sicut pena
suos tenet actores: sic innocētia suos tenet sectatores.
Nihilominus hec quorundam religiosorum praua
exēpla. & si aliquos a religione penitus non arceant:
cogunt tamen ut differant quousq; se experiantur.
Quibus colligitur hunc statum non parum laboris &
difficultatis habere.

**Capitulum uicesimumseptimum . particularius
& latius de promptitudine piculorum huiusmodi sta/
tus i spe & de malis religiosi. & abusibus illorum.**

Post difficultates & labores predictos. quos nō /
nulli in genere adducunt: circa monasticā uitā
afferunt. & alia particularius de promptitudine piculi
huius status. Aut enim. quia picula mōastice uite ex
plurimis conspiciere libet. eo presertim: quia cū peccata
effugere uix possimus: constat in eodem genere pec/
candi lōge grauius religiosos peccare: q̄ ceteros hoīes.
Quis. n. dubitat ut sanctus Thomas refert religiosum
grauius peccare fornicando contra uotum cōtinentie.
grauius peccare cōtra uotū paupertatis. grauius deniq;
peccare inobediendo cōtra uotū inobedientie? Deinde
quis dubitat religiosum grauius peccare ex cōtēptu.
quia ut sancti aiunt doctores. per contēptum uidet̄
ingratus beneficii recepti: cū p̄ religionē sublimatus
sit ad perfectionis statū. quūmo & dei filiū cōculcat
atq; uitupat per cōtēptum. contra quos Hieronimus
conqueri uidetur inueniens illud sapientis. quid est q̄
dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Deniq;
grauius peccat propter propt̄a scādala. cū multi eius
uitam ut speculū respiciunt. quos idem Hieronimus
signat. ait. n. cum p̄pheta Hieremia. uidi similitudinē
adulteri. & iter mendati. & confortauerunt manus
pessimorū. nō ut conuerteretur unusquisq; a malitia
sua. Confortauerūt inq; manus pessimorū. quia malo
eorum exemplo mali quodāmodo confortari uidēt̄.
eos uidelicet sequendo in sceleribus: quos sequi debu/
erūt pie: & sancte uiuēdo. Est igit̄ piculosus cōtēptus
in religioso. quia ut Thomas ait: cum religiosus uēit
in contemptum: incorrigibilis efficitur. & omnium est

peffimus. Adducens illud Hieremie. cōfregisti iugū &
dirupisti uincula mea. unde Bern. ad Eugenū. Que
maior pueritas. qui maior cōtemptus: q̄ post perfec/
tionis uotiā p̄missionē uolūtariā obligationē. post
sacri habitus susceptionē. post exēplorū uirtuosorum
patrum multitudinē & perfectionē: redire ad peccata
sicut canis ad uomitū. Illorum precepta cōtempnere:
quos totius uite & actionis sue iudices loco dei elegit.
et subdit. magna monachi dignitas. sed magna eius
damnatio: si que sūt monachi agere p̄termittit. Ceterq̄
huius status labores & difficultates nō negauit Augu.
ad Vincentiū donatistā. ait enī fateor caritati uestre
coram domino deo nostro: qui testis est super animā
meam. ex quo deo seruire cepi. quoniam difficile sum
expertus meliores non posse iuenire q̄ qui in mona/
steriis p̄fecerunt: ita nec peiores q̄ qui in monasteriis
defecerūt. ut hinc arbitror in apocalipsi esse dictum.
Iustus iustificet̄ adhuc. & q̄ in sordibus est: sordescet
adhuc. Attendēda ergo sunt Augustini uerba. Fateor
enī meliores nō reperiri q̄ qui in mōasterio p̄fecerūt.
sed nec peiores q̄ qui defecerunt. Constat enim longe
plures deficere q̄ p̄ficere. Nā ut Hieronimus inquit.
rara est uirtus atq; difficilis. & a paucis appetitur. Sed
et philosophus in ethicis ait. difficile admodū fore te/
nere medium uirtutis. quare longe plures deficiunt: q̄
atingunt. ueluti sagittantes ad signū mediū: plures
deficiunt q̄ signum tangant. Vnde quidam sapiens
non miratur quare plures hoīes sint uiciosi q̄ uirtuosi.
maxime quia peccare multis modis cōtingit. & unico
defectu quis reddit̄ uiciosus. sed nequa q̄ q̄ uirtuosus
& innocens erit: nisi omni cōcurrente uirtute que in/
uicem connexe noscūtur. Vnde saluator multos fore
uicatos ait: sed paucos electos. Et p̄beta clamat. ga

u. a. r. u. l. i. b. e. t.

u. a. r. u. l. i. b. e. t.

multi quoq; defecerunt. Et iterum omnes simul iuuies
 facti sunt. non estq; fatiat bonum. ut bonorum raritatem
 atq; paritatem designaret. Cum ergo in omni statu
 plures deficere arbitradum sit: religiosos grauius defi-
 cere non est ambiguum. Quis enim non cernit religiosorum
 tam copiosam numerositatem: sed quis non uidet tam
 paucorum sanctitatem? Quis non cernit multorum
 religiosorum superbiam et elationem: sed quis non uidet
 paucorum humilitatem. Plurimi certe sunt religiosi:
 sed pro dolor tales ut cum Bernardo loquar sub habitu
 religionis animum seculari. & sub pannis conuersionis
 habere inueniantur. cor altum in seculo. & peruersum ad
 religionis opera. de quibus idem Bernardus ait. doleo
 de multis qui post spretam populi pompam conuersari
 deberent in scola humilitatis. grauius in seculo et im-
 patientes amplius fieri in claustris: quam fuissent in seculo.
 Et quod magis periculosum est. plerique in religione non
 patiuntur haberi se contemptum: qui in domo sua secu-
 lariter uiuentes. non nisi contemptibiles esse potuerunt.
 Preterea in eo uersatur quod maxime religiosorum periculum.
 quia cum sint religati deo dum se ligatos fore dolent:
 se amittunt solutos. non considerantes quod bene ligata
 securius custodiunt. soluta uero facile perditur. Multis
 rursus aculeis & laboribus status religionis est refertus.
 et plurimis periculis expositus. Quis enim dubitat teste
 Bernardo grauissimum esse inter assuetas epulas esu-
 rire? Inter delicias preteritas macerari? Inter uestes pre-
 tiosas & multas algere? Et inter diuitias quas ostendit
 mundus. offert diabolus. desiderat noster appetitus eas
 contempnere? Profecto tanto hec grauiora existunt:
 quanto grauius a paucioribus tolerantur. Fateor certe
 quia ut Bernardus ait. non desunt religiosi in claustris.
 qui hoc pacto uolunt esse pauperes: ut nihil eis desit.

Deniq; uolo religiosi casti sit et pauperes. Qui tamē
dices de piculo arrogantie. uane glorie. que non nisi
meliores temptat? Vnde Hieronimus. plus est depo/
suisse animum: q̄ cultum. difficilius arrogantia: q̄ auro
caremus & gēmis. His enī abiectis gloriosi iterdū tu/
memus sordibus. & uendibilē paupertatē populari aure
offerimus. Sed ad alta trāseamus? Quis talis religiosus
est quem Bernardus ipse describit. qui in nullo pr̄sus
aut resistit p̄oribus. aut iudeat paribus aut subiectus.
plene obsequatur. solus congruens. subiectis utiliter
omnibus cōdescendens. fugax uoluptatis. appetitor
laboris. patiens abiectiois. impatiens honoris. paup
in pecunia. diues in scientia. humilis ad merita. supbus
ad uicia. qui ita huic mundo morit̄: ut soli deo uiuere
delectetur? De his Eusebius dicebat. quoniam taliter
in monasterio uiuere perfectio est. sed aliter conuer/
satio magna damnatio est. sed certe potius eos imitāt̄
de quibus idē Bernardus ait. quoniam supbie iobediētie
et auaritie student: quarum prime culpe casus attulit
et labor. tertie lapsus timetur. His tribus periculis tres
claustralium ordines subitiunt̄. scilicet qui sedē p̄la/
tionis querunt: & p̄esse nō ualent. Alii q̄ nec obediūt
nec obedire uolunt. Tertii familiares Iude. loculos
portātes & i occulto detrahētes. Sed ut paucis multa
cōprehendam: si studia. si mores. si uitam plurimorū
religiosorū cognoscere uis: considera q̄a illis capitulū
hostis est. extra murmur & inuidia. in nocte nullas
uigilias habent nec in die labores. laborat monachus
ut fiat abbas. abbas uētrosus. p̄or ingrassat̄ medicā
blādīt̄ potētibus. terrena diligit. suspiciosus claustra/
lis. bursarius pecuniosus. infirmarius concubinarijs.
capitosus sacrista. sine orōe cōuersi. fratres ad questū
predicant. gardianus equitat. p̄uintialis proclamat.

figura q̄lita
Religiosorū

generalis generat. Preterea de huius status periculo,
 uide quod Bernardus dicat in quadam epistola. mori est
 uix unquam aliquis in cella ad infernum descendit: quia
 uix unquam in celo predestinatus in ea usque ad mortem
 persistit. Item labores pericula huius status aptissime
 demonstrat Gregorius in registro inquitens. uos quia
 uite extra hominum frequentiam ducitis tanto maiora
 certamina pati necesse est: quoniam ad uos magister
 ipse temptatio num accedit. Ceterum ex multitudine
 preceptorum & onerum religionum periculum & diffi-
 cultas huius status comprehendit. Nam ut dicit Augustinus
 ubi sunt multe precepta ibi multe sunt transgressiones.
 Habent enim religiosi longe plura precepta: quam quicumque
 homines aliorum statuum. imo plerumque ut supradixi.
 quod aliis meritum: sibi ad peccatum et periculum est.
 nec iuuat si dicas: non omnia precepta obligant. Quibus
 Hieronimus respondet in quadam epistola. non ideo
 putet qui se deo obtulit aliqua contempnenda esse
 mandata quia leuia sunt: tam enim maxima illa quam mi-
 nima impata sunt. & contemptum unius precepti precipiti
 iniuria est. Et sequitur. in quocumque enim statu in quouis
 gradu equale peccatum est: uel prohibita dimittere.
 uel iussa non facere. et Bernardus ait. iussa sine culpa
 non negliguntur. & sine crimine non contempnuntur. O
 quam multa sunt hodie in religionibus precepta. o quot uiscera
 multiplicata. o quam pauca & tarda remedia. De quibus
 christus dicere uidetur: alligant onera graua & imposita-
 bilia: & imponunt ea in humeris hominum. Contra hos
 multiplicantes precepta comminat deus duas maledicti-
 ones. Prima est. ue uobis scribe & pharisei ypocrite. q
 clauditis regnum celorum ante homines ubi non intratis
 nec permittitis alios intrare. Secunda est. ue uobis scribe
 & pharisei. qui decimatis mentam & anetum: & reliquas

. 27 multa
 p ipa

que graua sunt. scilicet legis iudicium misericordiam
& fidem. Forte dicit quispiam fatendum esse plurima
esse religionū p̄cepta. plurima onera ex quibus necesse
est plurima sequant̄ peccata. Fatendum etiā plurima
esse in religione picula incommoda. plures difficul/
tates & labores. Veruntamen ex plurimis bonis que
religiosi agunt facilius creditur absorbi posse: sed et
promptius ab eis resurgere ualebunt. p̄sertim propter
intentionem quam habent ad deum erectam. Accedit
quia habēt socios a quibus iuuent̄: ad quos dici possūt
que tetigi supra in uicesimo quarto capitulo. Demum
fateor possibile illud est. sed difficile dixerim. p̄cepta
enim aperta sunt. impletiones dubie. mandata certa.
transgressiones certiores. uicia. non occulta. sūt. bona
non uidentur. pericula manifesta. existunt. nec sine
discrimine incurruntur. remedia uero dubia. nec sine
magnis laboribus querunt̄. Facilius cadimus q̄ resur/
gamus. solum uero an iuuent eum qui se ledere uult:
unusquisq; consideret. de quibus quidam sapiens ait.
quid iuuat amicus: si animus amicitior ledit? Fateor
tamen bonis & deo dicatis religiosis. pericula difficul/
tates. Laboresque uisumodi quedam certamina. quedā
exercitationes existunt. que religiose uiuentes eo
magis coronant. atq; ut supradixi cum de periculis et
laboribus status ecclesiastici egi. non est in culpa re/
ligio: sed ab uentibus religione. Nec est improbatio
in religione: sed deturpantibus religionem. in qua nō
est mirum si sit multitudo periculorū: ubi uolentibus
et bene militantibus est cumulus donorū. Nam ut ait
Hugo de sancto uictore. omni statui benigna est
religio. abundans pauperi. mediocribus sufficiens. to/
lerabilis diuiti. infirmis larga. dedicatis compatiens.
penitentibus miserans. peruersis se uera. bonis optima.

Et Crisostomus. religio nunquam fenescit. fatigationem non sentit. ex quibus omnibus apte monstrat huius uite & status periculum. labor & difficultas simul & utilitas.

Capitulum uicesimum octauum de inclinatione & dispositione naturali & diuersitate complexionum. & abilitatum hominum quantum ad religionem. & consilio in talibus.

Vltra predicta nonnulli cautos agunt & attentos religionem ingredi uolentes: ut inclinationes suas ac dispositiones naturales & complexiones artendant. uiresque suas discutiant. Tandem quidam illis circa predicta consilia prebent. Aiunt enim quia secundum antiquorum sapientium sententias. diuersi ad diuersos penitus uiuendi modos: aut inclinantur aut disponuntur. Diuersitas autem et dissimilitudo. aut disparitas uiuendi unius ad alterum: ut in politicis inquit philosophus ex triplici radice procedit. Primo ex natura siue qualitate diuersa. nonnullos ex diuersitate complexionis loci quoque in quo uiuit: naturaliter ad diuersa ferri uidemus. nonnullos enim inclinari conspiciamus ad bene politicandum in rebus. alios ad militandum. alios ad artificia. alios ad sacrificia & cultum diuinum. nec solum ad hec exercitia: sed anime passiones diuersi modo disponuntur. quoniam aliqui ad uerecundiam. alii ad iram. alii ad tristitiam inclinantur. Complexionis ergo diuersitas & regionis qualitas: ad diuersa penitus inclinat. etiam quo ad mores. Quanto enim humana complexio simplicior & purior est: tanto sensus exteriores uiuatiore. potentiores atque subtiliores redduntur. quo fit. ut prosequens intellectus hominis eo magis sit purior & subtilior. Idque ex eo patet esse manifestum. quoniam quod diu sensus ipsi exteriores uiuatiore existunt: tanto magis intellectui de seruire

possūt. Quoniā intellectus ipse nihil agit aut intelligit.
quod in homine existit: nisi cum misterio sensus. quare recte
Aristoteles inquit quia anime sequuntur corpora. Et alibi
in libris de anima ait. molles carne aptos mente dicimus.
Anima ergo siue intellectus humanus non exercet op/
erationes suas: nisi mediantibus organis corporis. quia
eodem philosopho teste. nihil est in intellectu: quoniam prius
fuerit in sensu. Ex qua radice procedit illa causa a multis
ignorata. quare intellectus humanus. quandoque fatigatur.
quod licet improprie dictum sit: tamen intellectum
fatigari dicimus non secundum se: sed secundum sensus exteriores.
cum quibus agere debet intellectus ipse. Ex quibus
omnibus constat quod abilitantur seu disponunt homines
ad hunc uel illum modum uiuendi: secundum quod peritus uel
melius complexio illorum est disposita. Et quod anima
ipsa eque perfecta existat: tamen aliquando eligit
unum uiuendi modum sibi accommodum. & in eo facilius
bene operatur: si organa corporis melius habet disposita
& complexionata. que inclinatione non completiue ad hoc
uel illud disponunt. Secundo diuersitas modi uiuendi
contingit plerumque ex diuersa consuetudine. que natura
imitatur. et illa ad unum modum uiuendi trahit alios
ad alium. Tertio hec diuersitas uiuendi contingit non nunquam
ex spirituali diuina influenza. que quando et quomodo uult hunc
trahit ad unum uiuendi modum: alium ad alium. sine
tamen offensione uniuscuiusque liberi arbitrii. prout sue
inscrutabili placet prouidentie. Quicumque ergo hoc
modo trahitur ad uitam monasticam: laudet deum qui
traxit. & properet ad locum quem sibi monstrat deus.
& relictis urbibus et earum illecebris: uadat saluari
in segor. Verum secundus modus consuetudinarius eos
repente non iuuat: qui delicate in urbibus nutriti sunt.
sed opus est consuetudinem penitiosam contraria consuetudine

paulatim deſcendere. Si uero primum modum attēdūt: recurrant ad complexionē ut prediximus ad naturā suam. ad inclinationem. ad diſpoſitionē interioris hoīs ſui unusquiſq; recurrat. deniq; ad uires corporis ſui. et ſeiſoſ & intra ſeiſoſ diiudicent. & de ſe magis ſibi q̄ aliis credant. Concludunt ergo et conſulunt nonnulli ſcribentes. ut qui in deliberatione pēdet. an religioſā uitā aſſumat: cūcta animo digerat. & id eligat: quod portare & cōtinuare poſſit. Nec uolum uſque tetigi- muſ dicta eſſe animo diſſuadendi religioſiſ ingreſſū maxime q̄a nō ignoramus neminē ſine graui peccato religioſiſ uitā alicui aut prohibere aut impedire poſſe. iuuenibus p̄ſertī. nam adoleſcenti uolenti uitā p̄fectōis dixit xp̄uſ. uēde omnia que habes & da pauperibus. & ueni & ſequere me. Vnde quidā ſapiens ait. q̄ adoleſcentem a religione retrabunt: ſimiles ſunt phariſeis q̄buſ ore ſaluatoris dictū ē. ue uobiſ: q̄a nec uoſ intratiſ in regnū celorū. nec alioſ. ſinitis intrare. Veruntamen religioſiſ ingreſſuſ de conſilio ſit. & de opetibuſ ſupe- rogationiſ unusq; ut dictū eſt ad ſe recurrat. uireſq; ſuaſ diſcutiat. fragilitati ſue complexioni nature con- ſuetudini conſulat. & ſi poteſt capere capiat. Dicere enim & religare ſe deo optimum eſt. Sed cogitet qui religionem intrat. Laborioſam uiam. iter arduū atq; difficile aggredi. nec ad tēpuſ ſed q̄diu uixerit religi- oniſ onera neceſſe eſt ſuſtineat. Illudq; ſēper in mētē ueniat. quia ſic manū ponat ad laborioſum aratrum: ne reſpiciat retro. quia aptuſ nō erit regno celorum. Fatemur tamen q̄a ea que tetigimus inclinatiue nō completiue ad hoc uel illud diſponunt. Potent ē deuſ abundare & facere gratiā nobiſ. qui de lapidibuſ iſtiſ poteſt ſuſcitare filioſ Abrae. de lapidibuſ inq̄ id eſt de induratiſ & inflexibiliſ animiſ hominum. non ſolū

natura uel complexione sed etiam deprauatione & malitia potest suscitare filios Abrae. id ē reddere eos flexibiles & obsequentissimos ad obedientiā & cetera onera religionū. nō tamē improbamus. quin unusquisque fragilitatem uiresque suas discutiat. Et cum consiliū sit religionē ingredi ut supradictū ē: si pōt cape capiat.

Capitulum .xxix. de cōpatione religiosorum inter se adinuicem. et primo de cōpatione solitariorū Ad socialē uitam agētes. et que uita pfectior sit altera.

Habita est igitur superius cōpatio: et differētia horum duorum statuum. clericalis uidelicet et regularis inter se adinuicem compatorum. & qualiter alteri aut equatur aut prepōatur quo ad perfectionē statū. & quis sit eligibilior prout pfectior aut put humanior. Iam superest ut status religiosorum inter se adinuicem distinguātur & cōparentur quo ad pfectionis statū. Et pmo de religiosi solitarii cōpatis ad uitam socialem agētes. Quātum igit ad religiosorū statum inter se considerandum. & cōparandum: duplicē fore puto differentiam religiosorū quorundam q solitariā & anacoreticam uitam ducunt. aliorum qui socialem. De solitariis ergo primo dicēdū est. deinde de socialē uitam agentibus. De primis itaq; a nonnullis sanctis doctoribus asserit illos oēs ceteros religiosos excellētia uite status pfectione antecire: sic de Antonio legimus: sic de Paulo primo heremita necnon Benedicto. et primis. macarionibus & complurimis aliis. de quibus Augustinus in libro de opibus monachorum ait illos monachos sanctiores esse: qui a cōspectu hoīm segregati nulli ad se prebent accessū. Alii uero distinguēdū putāt. quia uel loquimur de perfectionis statu uel de

perfectionis opere. Vtroq; autem modo solitaria uita
 maiorem perfectionem acquirit q̄ socialis. Quorum
 ratio est. quoniam uita socialis status est uolentium
 perfici per instructionem in intellectu. et per correc/
 tionem in effectu. cum aliquando contingat a uia p/
 fectionis deuiare. Sed solitaria uita est perfectorum.
 & talium qui nullo istorum indigeant. Solitarie. n.
 uiuentes & aliorum cōsortia aspernantes. & ciuilitate &
 socialiter nō cōuersātes. necessario ut phūs ait in poli.
 uel sunt ut bestie. uel sunt hoīe meliores. Vnde non
 solū scđm satorū: sed scđm phōz sententia solitarie
 & uirtuose uiuere perfectōz est. et magis tales debēt
 dici quidam dii q̄ homines. uel tanquam supremi: et
 perfectissimi homines. non solū honorādi: sed potius
 admirandi sūt. Quāto ergo status pfectōrū excedit
 statū perficiēdōrū: tanto solitaria uita monachōrū
 excedit uitā quorūcūq; religiosōz socialiter uiuētū.
 Si uero loquamur de pfectionis epe: hoc idē putāt.
 Opus enim uite solitarie cōtēplatio est. socialis uero
 uite actio est. utriusq; operis in quibusdam cōmixtio.
 Planum est autē q̄ cōtemplatio preeminet actioni.
 & est opus magne perfectionis. non solū propter xp̄i
 uerba. de Martha & Maria commūiter recitata: sed
 propter xp̄i exemplum imitandum. De quo scribit
 apud Lucā q̄ exiit in montē orare. & erat pnoctās
 in oratione. & hoc fit propter facilius diuinū auxiliū
 impetrandū. Non enim dixit exiit ad turbas. aut ad
 urbes orare: sed in montem uaste solitudinis. ubi enī
 deest auxilium humanum: solitudinis locus aptus est
 ad impetrandū diuinum auxilium. q̄a cū ignoramus
 quod agere debeamus: hoc solum habeamus refugiu:
 ut oculos nostros dirigamus ad deum. Item queritur
 solitudo propter tumultū seculi fugiēdū. deserens. n.

mundū & tumultum seculi. & sepāns se non solum a
uoluptatibus mūdi: sed a iocūditate socialī: cōfortat
a christo ut glosa ait super illo uerbo apocalipsis. xii.
mulier fugit in solitudinē. Circa predicta tamen que
de sanctitate uite solitarie dicta sunt: dicā quod ani/
mū pulsāt. Alia est enim ratio illius antiqui tēporis.
alia moderni. Si. n. uiros solitarios cōsideramus. illos
uidelicet q̄ in primitiua ecclesia floruerunt: uerissimū
puto illos fuisse p̄fectioris & s̄ctioris uite ceteris soci/
alem uitam agentibus. Eo enī tēpore non artabant
fideles tot canonū decretoꝝ p̄ceptis cēsuris aut penis.
Nec erant tunc ut ita dixerim tot laquei legum seu
cōstitutionū. excoꝛmunicationū siue censuraz. a q̄bus
uix fideles etiā diligentissimi & timorati respirare &
p̄cauere possunt. non tot ieiunia indicta. non uigilie.
non silentia. non diurna p̄ter & nocturna diuina
offitia dietim ac ex p̄cepto dicēda. nō deniq; tot festa
colenda. nō tam crebra cōfessio & corporis christi cō/
municatio. nō tot obedientiarum prestationes: sicut
modo fideles artantur aut potius inuoluuntur. Ita ut
recte de prelatīs ecclesie dici possit illud xp̄i: q̄ alligāt
onera ī supportabilia etcetera. Vnde si aliqua huius/
modi in illa primitiua ecclesia seruabant: erāt tamen
uoluntatis: que protunc trāsgrēdi peccatum nō erat:
quia nōdū p̄hibita. Nunc uero ea oīa que diximus
et complura alia ab ecclesia addita et quotidie sc̄dm
hominū t̄p̄is malitiā expedit: ut augeāt & sub p̄cepto
inungūt. Quorū ignoratiā aliquē nō excusat. & oēs
etiā solitarios ad obseruationē ligant. Cū igit̄ ea oīa
nō solū facere sed & scire difficile sit et fere īpossibile:
nō solū anacoritīs. & ī heremo uitā agētibus. q̄ hoīum
cōuersationes fugunt. & oīm rerū necessariaꝝ penuriā
habēt: sed etiā his qui urbes incolunt. Ideo putamus

*hodie laquei
a q̄bus uix
fideles possunt
respirare.*

sine offēsiōe ueritatis p̄babiliter dici p̄sse. modernis temporibus uitā heremiticam non posse reperiri illius p̄fectionis & sanctimonie: sicut priscis illis tēporibus. quinimo piculosā ad modum fore & difficultē cuncta ecclesie statuta obseruare posse. Nisi forte aliquis dicat q̄ anacorite predicti tā a deo perfecti sunt & tā fixū animū in dei amore habent: ut ab his ligamētis liberi sint. & predicta p̄cepta habeāt in preparatōne animi. Quibus nō facile assētio. q̄a cū de ecclesia sint: p̄ceptis ecclesie ligari manifestū est. nisi p̄uilegiati rep̄iatur. aut diuinitus aliter fuerit reuelatum.

Capitu. xxx. decōpatōe religiosoz uitā socialē agentū inter se. & que religio socialis alteri sociali sit perfectior. et utram religio eo q̄ artior: sit p̄fectior.

Consequēs est ut religiosos uitam socialē agētes discernamus. & cōparemus quantum ad eorum p̄fectionē. inter quos ut sancti doctores tradūt: lōga admodū differētia est. Nā ut inquit sanctus Thomas secunda secunde. q. Cxxxviii. differentia religionis unius ad aliam principaliter quidē attēditur ex parte finis. sicut si una religio ordinet̄ ad pegrinos hospicio recipiēdos. & alia ad uisitādos uel redimēdos captiuos. Secundario autē ex parte exercitiū. q̄a diuersi modi exercitiū sūt in diuersis religionibus. putā quia in una religione castigat̄ corpus per abstinentias ciborum. in alia p̄ exercitiū operū manualiū. uel p̄ nuditatē. uel aliquid aliud huiusmodi. Et q̄a nō pōt aliquid dici altero potius. nisi sc̄dm illud ī quo ab eo differt: Ideo excellentia unius religionis super aliam principaliter quidem attendit̄ sc̄dm religionis finē. Secundario autē sc̄dm exercitiū. diuersimode tamen sc̄dm eum utraq;

cōpatio attēdit. Nam cōpatio que est scđm finem ē
absoluta. eo qđ finis propter se querit. Cōpatio autem
que est scđm exercitium queritur nō propter se: sed
propter finē. et ideo illa religio alteri pferē que ordi/
natur ad finem absolute potiore. uel quia est maius
bonū. uel quia ad plura bona dirigit. Si uero sit idem
finis sed secū dario: tunc attēdit peminētia religionis
nō scđm qđtatem exercitii: sed scđm pportionē eius
ad finem intētū. Vnde & in collationibus patrum
introducitur sententiā beati Antonii. qui p̄tulit discre/
tionem. per quā aliquis oīa moderatur & ieiunius. et
uigilijs. & omnibus huiusmodi obseruationibus. Sic
ergo dicendū qđ opus uite actiue est duplex. unū qđ
quod ex plenitudine cōtemplationis deriuatur. sicut
doctrina & p̄dicatio. Vnde & Gregorius dicit ī quita
omelia sup ezechi. qđ p̄fectis uiris p̄mo ad cōtēplati/
onem suā redeuntibus: dicitur memoriam suauitatis tue
eruēt abunt. & hec pferē simplici cōtēplationi sicut. n.
est maius illuminare qđ lucere solū. ita maius est cōtē/
plata alius tradere qđ solū contēplari. Aliud autē ē actiue
uite: quod totaliter cōsistit in occupatione. exteriori.
sicut elemosinas dare. hospites recipere. & alia huiusmodi
que sunt minora operibus cōtemplationis. nisi forte ī
casu necessitatis. Sic ergo sūmū gradū in religionibus
tenent: qđ ordinant ad docendū & predicādū. qui etiā
pp̄iquissimi sūt p̄fectioni ep̄oz. sicut & in alijs rebus
fines p̄moz cōiungūtur p̄cipuis secū dorum. ut dicit
Dionysius septio. c. de. di. no. Secū dū aut gradū tenet
ille qđ ordinat ad cōtemplationem. Tertiū autem qui
occupat circa exteriores actiones. In singulis aut his
gradibus potest attendi peminētia scđm qđ una religio
ordinat ad altiore actū in eodem genere. sicut inter
opera. actiue potius est redimere captiuos: qđ suscipere

hospites. & in omnibus operibus cōtemplatiue: potior est oratio q̄ lectio. Potest etiā attendi p̄minentia. si una earū ad plura horū ordinat̄ q̄ alia. uel cōueniēti/ ora statuta habeat ad finem propositum cōsequēdū. Moderni tamē doctores ad eūdem intellectum aliter distingūt. Tres enī gradus faciunt illoꝝ religiosorū uitam socialem agentū. presertim qui in paupertate uoluntaria propter xp̄m assumptā regularem uitam elegerunt. Primus gradus fuit quondam & hodie est quorūdā monachorū. q̄ habētes possessiones ī cōmuni: de fructibus & prouētibz ip̄az uiuunt. & de illis sibi & necessarius uite sue prouident. Secundus modus fuit & adhuc est quorūdā religiosorū. q̄ mundū spernētes de labore manuū suaz uiuunt. ac uestiū & alia necessaria sibi ex illo misterio submīstrāt. scđm quē modū aliquādo Paulus aposto. uixit: ne offēdiculū dare euangelio. Tertius gradus est aliorū religiosorū qui hodie cōmuni uocabulo mendicantes appellant. qui spūalibus p̄cipaūter uacātes. & p̄dicationi & doct̄rie īsistētes. de his que sibi a fidelibus offerūt: ī uolūtaria paupertate. deo famulant. He igit̄ religiones habent inter se differētiā & p̄portiones. & alie aliis antiquiores sunt & etiam strictiores. Sed q̄tum est ad statū uberioris perfectionis: nō dubito ultimā id ē mēdicatiū uitā maioris esse perfectionis & meriti: ac etiā securitatis ad salutē propter q̄tuor causas sup̄ius assignatas. cū de excellentia religiose & monastice uite in genere actū est. Primo uidelicet quia temporalium rerum minorem habet solitudinem. Secūdo qa ad spūalem cōtemplationem maiorē habet dispositiōnē annexā. Tertio qa respectu maiorū bonorū que fidelibus submīstrant. & paruam in hoc seculo recompensatiōnem recipiunt. Quarto quia magis xp̄i uitam imitantur &

De ordine m

apostolorum Scribitur enim in Luca. quod mulieres multe
sequebantur christum ministrantes sibi de facultatibus suis.
quam aliqui putant uitam medicantium. Fortasse aliquis
obicit quod non nulle religiones acrioris uite sunt quam medi-
cantes: ideo uidentur eminentioris atque perfectioris esse
status. Nam dicendum est ut sancti tradunt doctores.
quod ista duo simul stare possunt. aliquam religionem esse
artioram: & tamen minoris perfectionis. Quod triplici uia
ostenditur. Primo per christi exemplum. Secundo per discipulorum
documentum. Tertio per ecclesie militantis commune
experimentum. Primo enim patet per exemplum christi. Nam
nulli fidelium debet esse dubium: quod nulla regula uel
religio artior esse potest quam religio Iohannis baptiste. de
quo dicit Matthei primo. quod uestimentum eius erat de pilis
camelorum. esca autem eius locuste & mel siluestre. Super
quo uerbo dicit Hieronimus. quod mixtus erat in humano
corpore tantam asperitatem uite conspicere. Demum nulli
dubium est. quod nulla alia religio aut uiuendi modus perfectior
fuerit uita & religione christi. Unde Matthei. xi. dicitur.
uenit Iohannes baptista non manducans nec bibens:
& tamen dixistis quia demonem habet. Venit filius hominis
manducans & bibens: & dixistis ecce homo uorax &
potator uini. & iustificata est sapientia a filiis suis. Super
quo uerbo dicit Augustinus. quod sancti apostoli intellex-
erunt regnum dei non esse in esca & potu: sed in equanimitate
& uoluntate tolerandi. quos neque copia subleuat neque
deprimat egestas. Et sic patet quod religio christi licet fuerit
minus ardua: tamen longe maioris perfectionis. Secundo
hoc patet per doctrinam apostolorum. Tanta enim fuit
apostolice uite perfectio & ecclesie promerue: ut cunctis
possessionibus abdicatis: omnia haberent in commune.
& pretia possessionum ponebant ad pedes apostolorum.
a qua perfectionis uia aliqui tenus posteriores defecerunt.

ita artior
religio Iohannis
baptiste.

ga possessiones in cōmuni licite tamē reseruabant ut
 alibi latius diximus. presertim in eo libro quē de xp̄i
 paupertate edidimus tetigimus. etiā in libro defēso-
 rii status ecclesiastici. Nā expresse dicit Augustinus. iiii.
 de doctrina xp̄iana. nullas ecclesias gentium fecisse:
 quod tēpore apostolorū factū est. & tamē monasteria
 ex gētibus cōuersis cōgregata & possessiones ī cōmū
 seruātes: artioris uite fuerūt q̄ religio siue status apos-
 tolorū. Dicit enī Hieronimus ī epistola ad Eustachiū
 de cibo uero & potu taceo. cū etiā languētes monachi
 aqua frigida utantur: & coctum aliquod comedisse
 luxuria est. Fuerunt ergo monachi in p̄mitia ecclesia
 artioris uite q̄ apostoli: sed tamē minoris perfectōnis.
 Quod patet q̄a ex eo q̄ monachi p̄dicti possessiones
 ī cōmū seruabāt: Augusti. uidet̄ īnuere eos quodāmō
 a p̄fectōne Apostolorū defecisse. Tertio hoc etiam
 cōspicit̄ p̄ militātis nostre ecclesie exp̄imētū. Tenet
 enī cōmuniter ecclesia religionem siue statū ep̄orum
 p̄fectōrē esse omī alia religione tam monachorum q̄
 aliorū: & tamē exp̄imentum docet: q̄ quelibet religio
 artioris uite ē q̄ religio seu status ep̄orū. Non ergo se
 comitat̄ ista: q̄ religio q̄to artior tanto p̄fectior. Pōt
 enī esse maior p̄fectio cū minori artitudine. et maior
 artitudo cū minori p̄fectōe. Et licet ecclesia cōcedat
 trāsire ad artiorē illis q̄ sunt in laxiori: nō propterea
 id cōcedit q̄si credat religionem tanto esse p̄fectiorē
 q̄to artiorē simpliciter: sed credit artiorē īstrumētali-
 ter esse p̄fectiorē respectu illoꝝ: q̄ p̄ talem artitudinem
 dicunt cōmodius posse peruenire ad statū p̄fectionis.
 Et hec q̄tum ad p̄fectiorem statum intelligenda sunt.
 Quid autē tenēdū sit q̄tū ad trāsitū: canoniste tractāt
 in. c. sane de regularibus. Dicunt enim exēpligratia.
 q̄ attēta institutione regule sancti Augustini & etiā

sācti Benedicti: artioris regule ē ordo sācti Benedicti
& laxior sācti Augustini uidelicet q̄ntū ad trāsitrū de
una religione ad aliā. Itaq; nisi cōstitutōes regulares
obstarent. uel obseruantia actualis fratrum p̄dicatorū.
& aliorū q̄ regulam beati Augustini p̄fitent: certum ē
eos posse trāsire ad ordinē sācti Benedicti. Verūtāmē
in ista materia q̄tū ad transitū ad aliam religionem:
dicunt doctores q̄ capitur latior uel artior habendo
respectū ad actualē: etiā ad cōstitutiones factas ultra
regulā. Vnde quātum ad dictū transitū nō est solū
pōderanda regula sancti Benedicti & Augustini: sed
sūt pōderāde cōstitutiones ip̄orū ordinū & actualis
obseruantie. Et ideo cū fratres p̄dicatorum & sancti
Augustini. & aliorū q̄ tenent regulā beati Augustini.
sc̄dm cōmunē modū uiuendi & seruādi regulā. reducti
sūt ad instar mendicātiū. ponderata ueritate: uidentē
esse artioris ordinis q̄ ordo sancti Benedicti. et non
posset transire frater predicatorum ad ordinem sancti
Benedicti sine pape licētia. Tamē quātū ad p̄fectōnē
status utriusq; regule simpliciter assūpte sc̄dm op̄ionē
multorum: regula beati Benedicti p̄fectioris status
q̄ sancti Augustini est. Et hec de comp̄atione inter se
cunctarum religionū uitā socialem habētium breuiter
dicta sufficiant.

Accipe beatissime pater hoc humane uite speculū tuo
nomini sed multoꝝ utilitati dicatū. ut p̄ te q̄ speculū
& totius mortalīs uite norma datus es cuncti fideles i
quouis statu arte gradu ac dignitate cōstituti specu/
lentur. atq; in eo uideant: quid cuiq; conueniat. quid
incūbat. in quo ue deuiant a tramite uite iuste. Nam
ueluti naturale speculū cuiuslibet forme sibi oppōit:
imaginationem profert similitudinem: sic hoc speculum
omnium mortalium uarias uiuendi formas recipiet &

qd boni. quid sinistri habeat: distinguet & intuebitur. Ibi enim uitam suam speculabit omnis homo. Nam uidebit peccator et irasceat speculans preuaricationes suas. In eo ruffus uidebunt recti & letabuntur: quia cernent in quo crescant. Deniq; in eo uidebunt iusti & timebunt: quia putantes se stare uideant ne cadant. Et tandem uidebunt mortales: quia omnis caro fenū & omnis huius seculi decōr ut stercus. Dabo ergo finē qui pro rerum magnitudine uix incepti. Scio paucula forte & multa de huius mortalis uite diuersis artibus & uiuendi modis diserui: que qdē lōgiora aut breuiora dici posse nō ignoro. Verum nec breuitati admodum studui nec copie: ne legentes aut tedio aut nimia breuitate afficerē. Imitatus sapiētem ecclesiastem. qui ex multis cōposuit pabolas sacras: que sunt uerba utilia. scribēs sermones rectissimos ac ueritate plenos: nō sibi sed futuris pspiciens. ad laudem. omnipotentis dei qui tandē tuam beatitudinē feliciter ptegat & cōseruet. & tādē post diutinum huius uite cursum: unacū grege tibi credito perducatur ad uitam eternam. Amen.

- E**didit hoc lingue clarissima norma latine.
- E**xcelsi ingenui uir rodoricus opus.
- Q**ui Rome angelica est custos bene fidus in arce.
- S**ub pauli ueneti nomine pontificis.
- C**aret in italici zamorensis episcopus ausis.
- E**loquit. ut superos gloria parta uiri.
- H**oc Conradus opus suueynbeym ordine miro
- A**rnoldusq; simul pannart una ede colendi
- G**ente theotonica: romæ expedire sodales.

In domo Petri de Maximo: M. CCCC. LXVIII.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Handwritten notes and signatures in red ink. The word 'me' is written in a cursive script, and the number '470' is written below it. There are also some faint, illegible markings and lines.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a date or reference number, including the Roman numeral 'XVIII'.

